ÆMYLII
FERRETTI

Iuriſconſultorum huius ætatis facilè principis libellus ſingularis

De Mora:

&

Legis vnicæ de eo quod intereſt Codice interpretatio.

Nunc recens omnia edita.



LVGDVNI,

Apud Mathiam Bonhomme.

1551.

CVM PRIVILEGIO.

LVD. MASSA

TYPOGRAPHO

S.

POST EXPLIcatum nobis Moræ argumentum, putaui ſtudioſis omnibus ualde cõducere, ſi nõ ſolùm à nobis auditoribus, quorum potiſsimùm gratia eſt elaboratum, ſed etiam ab omnibus, qui tempus, ac operam in iure ciuili diligẽter collocant, & legeretur, &, ut dignũ eſt, ediſceretur. Vt enim opus aliquod incepturi ſine architecto neque ſui operis initia rectè iácere, neque altius commodè ædificium tollere, neque tutò tectum reponere poſſunt: ſic in diſciplinis ediſcẽdis, & præſertim in hac, du-

ce perito eſt opus, qui uia, & ratione principia (quod noſtri ſemper habent in ore interpretes) cauſas, & elemẽta tradat: ſine quibus inanis, & uana eſt opera, quæ poſteà in eis toto curſu adhibetur.

Quare cùm ex ueteribus nullum artificem (quod bonis literis ſolùm tinctus iudicabit) ex neotericis paucos, qui operì ædificando præſint, eligere poßimus: unũ diuinitus nobis datum Aemylium Ferrettum, præceptorem mihi ſumma pietate obſeruandum, exiſtimo: qui propter ſuam maximã in omni diſciplinarum genere ſcientiam, longam rerum experiẽtiam, interpreti neceſſariam, quæ maximi ſunt artificis egregiè præſtare & uult, & poteſt: qui abditißima iuris ciuilis acutè, & peritè pateſacit, καὶ τοὺς φιλοσπεύδους ἐπανορθοῖ. Itaque cùm hæc mecum conſideraſſem, credidi magnam fieri omnium iacturam, ſi aut apud eum,

aut

aut apud nos eius ſcripta tandiu retinerentur: noſq́ meritò accuſatum iri viderem, ſi id quod omnibus prodeſſe debet, tanquam noſtrum proprium vindicaremus. Quod quidã ſuperioribus menſibus ſuis ſcriptis apertè teſtatus eſt: dixit enim Iuriſconſultorum reſponſa futura multò dilucidiora, ſi Aemylij Ferretti acutas, & doctas eorum interpretationes haberemus. Hæc itaque in cauſa fuerunt, vt hoc opuſculum quantitate quidem paruum, re ipſa verò magnum publicarem, vt omnibus Idæa intelligẽdarum, & interpretandarũ legum perfacilis propoſita eſſet. Hoc autem vt facerem me impulit communis omnium vtilitatis amor, cui, etiam cum aliqua meæ famæ nota, concedere volui: ignorantiæ enim iuſtè reprehendendus ero, quòd hunc libellum non mendis omnibus fortè purgatum publicem. Verũta-

men non deſperaui, magna vſus in conferendis exemplaribus diligentia, non omnino malè facturũ, ita vt quicquid labore meo maximo, quatulacunque in duſtria fieri potuerit, nihil à me fuiſſe prætermiſſum beneuolus lector facilè perſpiciat. Potius verò hunc libellum, quàm alios titulos nobis explicatos in lucem emiſi: quia aliam hîc eſt docendi rationem ſecutus, quàm hactenus fuerit.

Totus enim hucuſque fuit in refellẽdis, & approbandis Doctorum opinionibus: poſtremò verò intuebatur quid eſſet in lege: non quòd eam rationem probaret, ſed id ei neceſſariò faciendum fuit, vt ſcholæ ſeruiret, aliquidq́ ſuis auditoribus cõcederet: alioqui eos eiuſmodi traditionibus aſſuefactos legum deſertores effeciſſet, atque magna omnium deſperatione è ſuo eieciſſet auditorio. Nouit hic magnus orator quomodo ſit faciendus

acceſſus

acceſſus ad cauſam. At nūc, ita vt eſſe debet, ſchola inſtituta: omnibusq́; tale docendi genus optimum eſſe perſuaſis, neglectis interpretum contentionibus, leges potiſsimùm ſecutus eſt, rarò in doctorū opinionibus immoratus: magisq́; id aliquando fecit, vt nos loci admoneret, quàm quòd ad rem intelligendam neceſſarium, aut vtile eſſe duceret. Præterea experiri volui in hoc libello, quo animo ille ferret, ſi eius ſcripta inſcio eo ederentur: vt reliqua alius, qui melius quàm ego id facere poſsit, audacius emittat, aut verecūdius à tali facto & ego, & reliqui omnes abſtineamus. Suſpicor tamē eū, quod publicæ vtilitatis cauſa à me factum erit, non iniquo animo laturū: φιλοκαινότερον *enim eo neminem eſſe arbitror eorum, qui ius ciuile publicè profitentur, quiq́; ſuis eruditiſsimis lucubrationibus illud illuſtrant: quod in dies*

magis, ac magis re ipſa declarat: hoc enim conatur, hoc cõtẽdit, hoc elaborat, in hoc (vt vno verbo dicam) illi ſunt omnia, vt ius ciuile iã à multis annis interpretũ imperitia corruptum, ac penè deploratũ (quod Rodol. lib. ij. c. 1. queritur: ait enim, Iuriſconſulti perplexa, & inuoluta diſputãdi præcepta balbutiũt, de imperitis bonarũ diſciplinarum, & præſertim Dialectices loquẽs) ſuæ digni tati, ac nitori reſtituatur. Vnũ eſt, quod meos condiſcipulos ignorare nolo, vt ſi fortè aliqua hîc, quæ in ſuis ſcriptis non ſint, deprehenderint, de meo me non addidiſſe exiſtiment. Conſiderare enim debent, eum fuiſſe veterum philoſophorum in publico gymnaſio profitentium morem (à quorum ratione non eſt diſcedendum) vt non omnia, quæ viua voce explicaſſent, dictando traderent: quæ cauſa fuit, vt aliquid dictando omitterent,

rent, aut obſcurius dictarent: ut ex ſcriptis Ariſtotelis manifeſtè liquet. Quare mecum domi audita repetenti multa occurrerũt (quo mihi nihil facilius) quæ audiens aut non intellexi, aut eorũ memoriam diutius conſeruare non potui.

Itaque priuatim (ut moris eſt) præceptor interrogatus, facilius, ac copioſius, ut in ſermone familiari ſolet, ea in quibus hærebam expoſuit: dictatis ea addidi, quæ de eius mente eſſent, quæq; lucem aliquam legentibus afferrent: aut ſi abeſſent, obſcurarẽt. Quare cùm conſtituiſſem hunc ſingularem de Mora libellum emittere in lucem: nullus mihi occurrit aptior quàm tu: atq; in excudendi arte exercitatior: quòd in excudẽdis libris ciuilibus tota ferè vita magna cũ laude verſatus es. Te itaque etiã atque etiam rogo, ut ea qua ſoles, aut maiore, ſi fieri poſſit, in hoc libello formis mã-

dando utaris diligentia. Id ſi feceris, Aemylio perpetua, ac ueneranda memoria omnibus colendo, ſi hoc ei non diſplicuerit, gratiſsimum feceris: atque alia multo maiora, iam multis antè annis domi parata, quæ diutius nobis debere non poteſt, ut ſpero, & opto acceperis. Ego autem ſi hoc à me commu nis utilitatis ſtudio factum gratum ei eſſe ſenſero, atque noſtrum animum, & diligentiam lectorem laudare cognouero, paucis poſt menſibus Titulum egregiũ de Verborum obligationibus (& ſi liceat etiam reliqua) in quem quicquid ingenij habuit contulit, ab omnibus me hercule deſiderandum, cum magna mei temporis iactura, ſumma ſtudioſorum utilitate, in lucem emittam. Addidi huic libello eiuſdem legis unicæ nobis annum antè explicatæ C. de eo, quod intereſt, interpretationem, quòd a Mora manare

manare interpretes omnes opinati ſunt. Quod tamen verum non eſſe poſt attentam vtriuſque lectionem doctus, diligens ac beneuolus Lector iudicabit.

Vale. Calend. Decemb. 1550. Auenione.

LEGES QVARVM IN HOC LIBELLO DATVR SINGVLARIS INTELLECTVS.

Si quis caut. in iud.

Et ſi poſt tres numer.55.

Si certum petatur.

Vinum, coniuncta l.vlt. de trit.nu.31.

Quidam æſtim auerunt.nu.51.

De vſur.

Fructus, nume.33.

Videamus, nume.35 & 36

Equis 1.& 2. Herennius, Paulus, num.37.38. 39.& 40. Præcipuè verò lex Herennius, nume.41.

Lite conteſtata, nume.42.

Lex mora, quæ præcipua eſt huius argumenti, tota explicatione tractatur.

Acquir. rerum domi.

Bonæ fidei, cum l.fructus, de vſur.nume.33.

De actio. & oblig.

Traiectitiæ, §. De illo.nu.22.

De verb. oblig.

Inter ſtipulantem, §. Stichum, nu.47.

ÆMYLII

FERRETTI IVRISCONSVLTORVM HVIVS ætatis facilè principis libellus ſingularis De Mora.

EPITOME.

1 *Ratio quare hunc libellum ſcripſerit.*
2 *Finis profeſſoris eſt vt docendo proficiãt auditores, non tantùm videri legiſſe.*
3 *Mora antiqua eſt, & vtilis, & latè patet.*
4 *Mora hic eſt ea, quæ ſine petitione eſſe non poteſt: aliàs vbi aliquid tardius fit. Quid morari ſit.*
5 *Mora eſſe poteſt vtrinque vbi actio eſt.*
6 *Fur, & raptor ſemper ſunt in mora.*
7 *Debitum ſeruum qui occiderit, aut perdiderit, ipſo facto eſt in mora: & hæc etiam propriè mora eſt cõtra Iaſ.*

8 *Moræ definitio tradi non poteſt per aliquos veteres, & Ferr. alij contrà.*

9 *Moræ definitio Odoff. refutata. And. & Oldra. & Accurſ.* 10

11 *Mora duplex dandi, aut tradendi. De hac,* 52

12 *Summa huius libelli traditur: diuiditur enim in tres partes. Secunda eſt.* 30 *Tertia,* 54

13 *Mora dupliciter conſideratur: aut cohæret alteri: quam vocat exorientem moram Ferr. Aut fit.*

14 *Mora quæ fit ex perſona eſt, non ex re: quæ ſine interpellatione non fit: quod ſex habet exceptiones: vide vſque ad numerum,* 21

21 *Dies interpellat pro homine per com. Per Gall. & Ferr. minimè, & nume.* 22

23 *Mora non fit in conditioue ſine interpellatione.*

24 *Interpellatio extraiudicialis an ſufficiat: & an petitio apud iudicem interpellet: & nume.* 37, & 45

25 *Vnus eſt caſus, in quo non poteſt fieri mora ſine interpellatione iudiciali.*

Interpella

26 *Interpellatio non conſtituit in mora, ſi poſt eam detur dilatio: & ideo rectè fruſtratio à I. C. appellatur: & quare.29*

27 *Creditor quomodo conſtituitur in mora, & 28.*

29 *Doctores cùm loquuntur de mora, intelligendum eſt de inchoata, non de perfecta.*

30 *Effectus primus moræ eſt vtilitas æſtimata, vel æſtimanda.*

31 *Petere interpellationem extraiudicialem ſignificat. Per Ferr. minimè. Quid ſignificat dies interpellat pro homine.*

32 *Secundus effectus moræ eſt fructuum: qui debentur aut per ſe ex natura actionis: aut ex mora. Tamen negatur fructus à mora deberi: & 40.*

33 *Fructus à mora quomodo debentur per gloſſ. Per Ferr. 35, & 36.*

36 *In legatis, & fideicommiſſis non ex mora, ſed ex litis conteſtatione debentur fructus: idq́; ex æquitate.*

39 *Fructus aut præſtãtur veluti fructus: aut veluti cauſa.*

42 *Tertius effectus moræ, vſurarum.*

43 *Mora aliquando tardius factam ſolutionem ſignificat.*

44 *Primus effectus hic poſitus; & ſecundus non ſemper pendent à mora.*

45 *Quartus, ac verus effectus moræ eſt interitus, eiusq́; periculum.*

46 *Interpellatione facta an teneatur moroſus, ſiue res erat eodem modo peritura penes actorem, ſiue non. Quid ſentiendum ex ſententia Ferr. nu. 47. in fi.*

47 *In mora exoriente tenetur reus ſine exceptione.*

48 *Effectus vltimus moræ eſt, vt poſſeſſor malæ fidei euadat moroſus.*

49 *Creditor conſtituitur in mora, ſi ei offeratur congruo loco, & tempore.*

50 *Debitor tria molitur offerendo: aut emendationem moræ: aut liberationem abſolutam: aut ſolam moram creditoris.*

51 *In mora creditoris conſtituenda nihil intereſt inter eam quæ exoritur, & eam quæ fit: & quinque eius effectus.*

53 *Moræ faciendi effectus.*

Mora

54 *Mora in obligationibus dandi, & tradendi emendatur oblatione: in factis verò, ſi opus factum fuerit ante acceptum iudicium. & nu. 55*

56 *Mora non ſemper purgatur: vt in ſeptem caſibus vſque ad num. 63. Per Ferr. ſunt tantùm duo.*

64 *Mora creditoris purgatur per litis conteſtationem.*

SI NOBIS eadem eſſet docendi via, & ratio, quæ interpretum iuris ciuilis ante nos ferè fuit: aut idem, quod nobis eſt ſemper, illis aliquando propoſitum fuiſſet, fruſtra nobis nũc haudquaquam paruus hic labor ſuſciperetur. Quis enim addere ſe poſſe putet aliquid ad copiam Alexandri, atque Felini? aut acutius quid cernere, quàm lumina fecerunt ſuorum tem-

porum propè æquales Aretinus,Socinus,
1 & Decius? † Sed cùm illi infinita propè ſcripſerint,ad ſimilitudinem potius,quàm ad rationem,ſecuti ſuperiores, in quibus euoluendis (quaſi omiſſa lege ipſa) omne ſtudium conſumpſerunt ſuum:nemo nos mirabitur, de re veteri nouo modo loquentes, idem argumentum explicare: quod multas iam ætates ingenia noſtrorũ valde vel fatigauit,vel exercuit. Quáuis autem ex toto à noſtrorum traditionibus diſcedere nos vetet iudiciorum conſuetudo,& perſuaſio illorum,qui præſunt tribunalibus,ac fora implent: quos multorum & annorum, & hominum aſſenſus idem ſemper probantium,ſe quaſi retexere,ac renouare non patitur: tamen ius ciuile publicè profitentibus nobis,non quid alijs interpretando placuerit: ſed quis legum ſit ſenſus, tradendum eſt pro noſtra tenuitate: in qua re quos ſequamur pauciſsimos,quos fugiamꝰ īnumeros habemꝰ. Cauſam itaq; nullus habet,quòd miref, ꝙ tractatum ab alijs ſæpiſsimè locum, nos quoque (quos eruditionis, & ingenij no-

ſtri

ſtri profectò pœnitet) nouiſsimè interpretemur. Atqui ſi aliquid candidus lector in his noſtris commentariolis inueniet, quod frugem facturum ſit, id non inuidè recipiet: quod verò ſibi minimè probabitur, reijciet, non carpẽdo clanculum, ſed aliter docendo, & ſcribendo: id quod nos nitimur, qui non tam alios improbamus, quàm inueſtigamus fortaſſe verum, certè quidem quod veriſimile eſſe videatur. † Omniũ ſanè, qui munus hoc do- 2
cendi ſubeunt, idem ſtudium eſſe debet, vt bene ſcilicet proficiat iuuentus iuri ciuili operam dans. † Ad quam inſtituen- 3
dam, feriarum publicarum tempore, vt in officio retineatur, ꝓpoſuimus quàm breuiſsimè explicare quid de mora ſentiamus, cùm per ſe vtiliſsima cognitu, tum antiquiſsima: nempe cum ipſa malitia, ac perfidia hominum nata: & præterea tam latè patente, vt omnes obligationes perſequatur, & per omnes partes quaſi corporis ciuilis effundatur, & erret. Hinc igitur initio facto, antequàm aggrediamur ad ea, quæ rem continent, primùm omniũ

videndum eſt,quid in noſtris libris ſignifi-
cet verbum Mora, quantum attinet ad
4 præſens negotiũ. † Alioqui mora erit,
vbicunque aliquid tardius fiet, etiam ex-
tra cauſam noſtram, l. etiam, vt leg.nom.
cauea.l. cùm poſtulaſſem, de dam.infect.
Huc pertinet titulus,ſi quis ius dic. nõ ob-
temp.& res infinita,atq; incerta eſt. Nos
verò de ea duntaxat mora agimus, quæ
ſine petitione eſſe non poteſt, lege ſi pu-
pillus, in fine de verborum obligatio-
nibus, l. nulla, de regulis iuris, vbi Dec.
Itaque & officium iudicis, & ſimilia, à
cauſa noſtra excludenda ſunt, vt admo-
nuiſſe vos memini in l.ſi ex legati cauſa,
de verbo.oblig. Morari itaque eſt, cum
vel qui petit,vel vnde petitur differre &
producere, & per ſe ſtare quominus aut
detur,aut tradatur,aut fiat quod dandum,
tradendum,faciendum eſt:moraque eſt di
latio, atque productio talis. Prioris, hoc
eſt verbi,exempla ſunt innumera, l. poſt-
quàm,§.Imperator,vt leg.no. cau.l. ſi ſer-
uum,§.ſeruitus,de verb.oblig.l.ſi eas,C.de
ijs qui accuſ.nõ poſſ.cum ſimilib. inuentu

faci-

facilimis. Frequentius tamen in noſtris
libris Mora fieri dicitur,in genere tamen
certo,vt poſt paulo patebit, l.cùm res. de
leg.j.l.ſi quis ſolutioni,l.mora,de vſu. Mo
ræ tam ſparſa eſt, & tam omnibus obuia
mentio paſsim,vt exemplis res non egeat:
ſuppeditabuntur abunde ab ijs, circa quas
verſabimur in hoc tractatu,legibꝰ. Planiſ-
ſimam facit hanc ſignificationem moræ
lex ſciendum, in princip.de vſur. † Vnde 5
primò ſequitur,vt vbi actio eſt, poſsit eſſe
mora vtrinque:cùm enim non poſsit debi
tor,qui daturus eſt,explicare factum dan-
di,ſine facto creditoris, neceſſariò cogi-
mur fateri, vtrinque moram eſſe poſſe,
tam puta venditoris, qui daturus vinum
eſt,quàm emptoris,qui eſt accepturus,l.il-
lud, de peri. & com.rei vend.l.hominem
certum,in fin.mand.l.ſi mora, ſol. matri.l.
qui decem, §.ſi cùm mihi.de ſolut. cùm ſex
centis id genus. Hinc etiam ducitur,
furem, & raptorē ſemper eſſe in mora,l.
in re furtiua,l.vlt.de condict.furt.Nā cùm
contrectare,aut retinere rem alienam nō
debeat,non poteſt eſſe eius in reſtituendo

dilatio,cuius perpetua culpa fuit in contrectando,ac retinendo. Eadem ratio eſt eorum,quæ vi auferuntur,l.j.§.rectiſsimè,
7 de vi,& vi arm. † Hinc etiã ducitur, eũ qui debitum ſeruum occiderit, aut perdiderit,in mora eſſe facto ipſo,l.ſi ex legati cauſa,de verb.obl.l.mora,in fin.eo. & hæc tam propriè mora eſt, quàm quæ furto mora commiſſa eſt, quãuis aliter ſenſerit Iaſ.in.iiij.not.in d.l.mora.de verbo. oblig.
8 † Dubitatum verò fuit à veteribus, an mora rectè definiretur. vulgò eſt negatũ,propter l.mora, de vſur. Quidã aliter ſenſerunt,in quibus eſt Fulg.duce Arena: crediderunt enim,l.mora loqui de conſtitutione,non de eſſentia:hãc difficilem eſſe exiſtimarunt, definitionem facilem. Quàm verò id rectè crediderint oſtendit doctiſsimorum hominum in definienda mora diſſenſio:nunquam enim quicquam certi conſtitutum eſt. Sanè d.l.mora nõ quærit,quid mora ſit:ſed quando fieri intelligatur,vt ibi demonſtrant legis verba planiſsimè, & infrà declarabitur. Veruntamen ſi omnis vis moræ in conſtitutione

tione illius eſt,neque aliter mora intelligi
poteſt,quomodo rectè definietur quod la
tet,quod facti eſt,quod arbitrio alieno pē-
det? Sed ne curioſis non aliqua ex parte
ſatisfiat, referendæ ſunt paucißimis tum
veterum,tum recentium definitiones:hoc
eſt,Accurſij,ſimiliumque:nam de fece nō
eſt hauriendum.† Odofredus dixit,mo- 9
ram eſſe dilationem ſolutionis, ſine cauſa
factam,ab adulto debitore,ſciente ſe debi-
torem, aut ſcire debente, poſt interpella-
tionem iudicialem , vel extraiudicialem,
congruo loco, temporeúe factam. Mala
eſt definitio,quæ non euoluit omnia,quæ
ſub nomine definito inuoluta ſunt, vulg.l.
j.de dol.Vitium regula patitur per exce-
ptiones,definitio nunquam:mora eſt cre-
ditoris,vt modò oſtendimus, ea verò hîc
definita non eſt. Item qui occidit ſeruū
debitum,in mora eſt,neque tamen id poſt
interpellationem fit. ſunt enim hæc tan-
quam duo membra moræ,interpellari, &
occidere,d.l.ſi ex legati cauſa. † Andreas 10
vitium vitauit vnum definitionis, addidit
enim,debitoris, aut creditoris: ſed incidit

in aliàs reprehenſiones,in quas etiam incurrit Oldradus,qui idem ſenſit ac ſuperiores,præter id,quòd exemplo nullo genus eſſe voluit non dilationem,ſed contumaciam. Accurſius in l.mora:ſecutus Azo. definiuit longiſsimè. Sed improbarunt eam definitionem Odoff. & Arena: quia in definiendo tractanda eſt eſſentia rei, non ponendi modi,atque figuræ eius: veluti: pactũ fit tacitè, data cautione: fit etiã nominatim, verbis expreſsis: hos modos in definitionem non incluſit Iuriſconſultus in lege prima, de pactis, in lege pactum. de pollicit. dum dicit, Pactum eſt, &c. ſimiliter in ſtipulatione interrogari oportet,& reſponderi congruè:illud præcedere,hoc ſubſequi neceſſe eſt, tota l.j.de verbo.obliga.nihil tamen horum includitur in definitionem, l. v. §. ſtipulatio, eod. titu. Prætereà ſunt aliæ moræ, vt ſuprà oſtendimus, in quibus neque conteſtatio litis eſt neceſſaria,neque denunciatio, neque latens dies:quamobrem multa inuoluuntur nomine moræ, quæ non euoluuntur explicatione Accurſij. Rectius itaque

ſeciſ-

feciſſent noſtri, ſi ſuſtinuiſſent perſonam ſuam, hoc eſt interpretum, contenti intelligentia verbi, cuius definitio non de nihilo omiſſa fuit à Iuriſconſulto. † Mora 11
verò dupliciter contingit, aut faciendo: aut dãdo, vel tradendo. De mora dandi, & tradendi prius agamus. † In totum au 12
tem tria videnda ſunt, primum, quomodo fiat, conſtituatur, exoriatur mora: nam neque omnis mora fit, neque omnis exoritur. Secundò indagabimus fructus, vim, & effectus moræ. Nouiſsimè emendationẽ illius. Quantum ad primum, melius erit fortaſſe (vt ille ait) non inſiſtere alienis veſtigijs: ſed, vt in re dubia fit, inquirere, atque inueſtigare, quo quidque modo dicatur. † Sciendum itaque eſt, moram du- 13
pliciter conſiderari: aut enim cohæret alteri, aut fit propter ſe. Quę propter aliud mora naſcitur, exoritur de repente, interuallum nullum habet, puncto temporis fit: vt ecce, qui occidit hominem immerentem, etiam ſi creditorem non cogitauit, facinus fecit, quo perfecto, ſtatim mora exiuit. Idem eſt in fure, & in raptorę

per vim,ſimilibusq; ſpeciebus: tota enim de repẽte mora ſtatim naſcitur. Sed ſi per ſe ſola mora proditura eſt,quando ſcilicet debitoris aut facinus, aut culpa nulla eſt,ſenſim,atque paulatim mora fit, neque ſtatim,vbi poſtulauit creditor à debitore vt ſibi ſolueret, ſola interpellatione nata eſt,ſed interuallum temporis ſequi neceſſe eſt,vñ paulatim mora fit. Hinc eſt, vt iuriſconſultus in d.l. in re furtiua, & in l.finali,de condict.furt.dixerit,videri facere moram furem,& raptorem: alibi in l.j. §. rectiſsimè, de vi, & vi armat.nõ enĩ fit, ſed ſtatim exorit̃.Alia verò fit:vt ĩ l.mora, de vſur. Quando autem mora prior non per ſe naſcitur, ſed propter factum, hoc etiam proprium habet,vt intelligere non ſit neceſſe,debitorem teneri ad rem dandam,l. ſi ſeruum,in fi.princip.de verb.oblig. quod tamen eſt neceſſe in mora quæ
14 fit,l.quod te,ſi certum petat. † Excluſa igitur alia, quæ exoritur, ea quæ fit ferè non eſt ex re,ſed ex perſona,hoc eſt interpellatione eſt opus: & propterea egregia glo.in l.in minorũ,ex verb.morã,in quib.

cau.

cau.in int.reſt.non eſt neceſs.C. dixit, eam
eſſe vitium debitoris. Superior quidẽ vi
tium debitoris habet in facto,non in mo-
ra:& hanc communem noſtri rectè ap-
pellauerunt. Non eſt tamen perpetuũ,
quod de interpellatione dictum eſt: exci-
piuntur enim quidam caſus, partim à le-
ge, partim ab interpretatione pruden-
tum. † A lege tres caſus habemus: pri- 15
mus eſt,quando non extat qui interpelle-
tur: ita diſertè dicit lex ſed & ſi,in fin. de
vſur.l.ſi fundus,in fin.de lege com. Adiu-
uatur à l. ſi vehenda, §. idem iuris, ad leg.
Rhod de iactu,à l.Celius,§.j.de arb. à l.ij.
§.ſi quis iudicio,ſi quis caut.in iud. † Se- 16
cundus caſus eſt ſingularis propter liber-
tatem fideicommiſſariam, l. cùm verò, §.
apparet,de fideicom.libert. † Tertius à 17
lege caſus eſt,vbi de minorum cauſa agi-
tur,neque id perpetuò, ſed in iudicijs bo-
næ fidei,in legatis, & fideicõmiſſis:exem-
plum eſt in l.iij.§.j. de adimen. leg. ex illis
verb. vt pote, re ipſa mora ſubſecuta.

Propter ſimilitudinem quæ recipitur
vulgò de minore, & eccleſia, idem in ec-
cleſia

cleſia dicendum eſt:gl. ex verb. iudicium, §.item mixta,de act.ſequuntur omnes, vt per Rom.in d.l.ſi ex legati:vt per Iaſ.in d. §.itē mixta. In quo vnum eſt animaduertendum,quòd cùm nulla lege hoc caueatur,ſed recipiatur propter ſimilitudinem, non ſit autem generale in minoribus,non erit ſimiliter generale in eccleſia. Quam obrem ſi iudicium ſtricti iuris fuerit,requirente mora interpellationem in minore, neceſſaria pariter erit in eccleſia. In fiſco idem dicendum eſt,cùm propter eandem ſimilitudinem,de qua in l.reſpublica, C.ex quibus cauſis maior.tum etiam per ſenſum legis à poſteriori : nam ſi fiſco debentur vſuræ in fornicarijs, l. cum quidam. §.fiſcus,de vſur. Vſuræ autē effectus moræ creduntur eſſe,vt videbitis, in quo concurrit cum minore, à poſteriore perſuadetur, interpellationem in fiſco non eſſe neceſſariam : & ideo locationem intelligimus ibi fuiſſe factam de tabernis fiſcalibus,quæ ſub fornicibus ſunt (idcirco fortaſſe dictas fornicarias) ita notat Ang.in d.§.fiſcus. Addidere totidem ca-

ſus

ſus ſuperioribus caſibus interpretes † Pri 18
mus eſt de iuramẽto: vbi enim illud acceſ-
ſit obligationi, putant, interpellationem
minimè eſſe neceſſariam:ita omnes in ca.
breui,de iureiuran.Fel.in ca.licet,de ſimo.
vbi omnes citat. Cumulat etiam omnes
Dec.in dicta l.quod te,ſi certum petatur.

Comprobatur hoc, quia iuramentum
vim habet conteſtationis litis,quam,igno-
rat nemo,multò eſſe potentiorem, quàm
interpellationem,l.nam poſteà,§.ſi is qui,
de iureiurand. Non obſtat hoc de conte
ſtatione:quia vis ea eſt iuramenti delati in
iudicio : nos autem agimus de iuramento
aut obligãte:aut cõfirmãte,ĩter quę,vt ne
minem fugit,cauſa diuerſa eſt,& ſeparata.
Quĩimo c.breui & in themate,& in reſpõ
ſione vtitur verbo requiſitus, quod inter-
pellationis eſt. Somnium autẽ eſt,putare,
quod quidam crediderunt, promiſsionem
fuiſſe factã,ſi requiſitus eſſet. Itaque ſi ſe-
quenda hæc nobis opinio eſt, veterum re-
uerentia id eſt faciendum, non autem ra-
tionẽ,aut lege:ita tamẽ, vt dixi,habet com
munis conſenſus,niſi errorem malitis di-

19 cere. † Alter caſus excogitatus eſt à noſtris, quando quis defendere promiſit aliquem: tunc enim neque admonitio ne, neque nuncio opus eſt: id volunt verba. §. ad hæc, c. j. hîc finitur lex Fæder. in vſib. feud. tradidere interpretes iuris canonici in dicto cap. breui, in ca. de forma, xxij. quæſt. v. Hoc à plerîſque non recipitur, eſt enim ſingulare in forma fidelitatis, & in defenſione promiſſa domino: receptum verò eſt, conſuetudines feudorum eſſe ſingulares, minimeq́ue trahendas ad conſequentias: dixit Bart. in l. vt iuriſiurandi, de ope.
20 li. ſecuti paſsim ſunt omnes. † Tertius caſus eſt, quando quis promiſit ſe facturum curaturum: ita Bald. in dicto §. ad hæc in vlt. not. Sed reijcitur ferè à noſtris: tum quia nullibi proditum eſt, eam vim eſſe in facto, vt mora in eo conſtituatur ex re, contra regulam dictæ l. mora: tum etiam, quia qui promiſit iudicio ſiſti, promíſit ſe facturum curaturum, l. quoties quis aliú, de verborum obligatio. vbi tamen interpellatio neceſſaria eſſe creditur. Deſcitum itaque crebrius eſt à Bal. quamobré

ex

ex tribus noſtrorum traditionibus, vna
ſola nititur auctoritate,& conſenſu com- 21
muni. † Quando autem obligationū plu
res cauſæ ſunt, l. obligationum ferè,de
act.& oblig.inter quas eſt dies, & condi-
tio:in his duabus quæritur, an interpella-
tio ſit neceſſaria. Vulgò eſt proditum,vt
per omnes in l.vinum,ſi certum petatur.
in l.quoties in diem,de verborum obliga.
vbi latè Alexand.diem certum interpel-
lare pro homine. De die autem intelligi
tur,non qui multiplicat actionem, ſed qui
ad ſoluēdum datus eſt poſt obligationem
natam:inſtitutum noſtri dicunt (vt ſcitis)
miſerationis cauſa,l quod in diem,de ſolu.
Probatur concluſio in d.l.magnam,C. de
contrah.& commit.ſtipul.in.l.ad diem,de
verborum obligat.in.d.l.vinum,ibi: ſi di-
ctum eſſet quo tempore redderetur: idq;
habet locum etiam,ſecundum noſtros,die
adiecta à lege,l.ij.C.de iur. emphy.c.po-
tuit, loc. Vulgò itaque creditur, diē in-
terpellare pro homine,l. magnam, C.de
cont.& com.ſtip.l ad diem, de verborum
obligatio. vbi pœna debetur, præterita

die:idq́ue videtur eſſe verum in die etiam quæ ineſt à natura rei,l.interdum,l.ſi inſulam, de verborum obligatio. Idemq́ue creditur in die ab homine appoſita ,& in die adiecta à lege,c.potuit,loc.l.ij.de iure emphy.C.l.vinum,ſi certum petat.ibi. Si dictum eſſet quo tempore redderetur, vbi nouiſsimi in not. Nutare tamen duo fecere illos ratio, & glo. Ratio eſt : quia cùm dies adiecta ſit fauore promiſſoris,l. quod in diem, de ſolut. §. omnes,inſtit. de verborum obliga.l.cùm tempus,de regul. iuris.ſi ſola die mora fieret, fauor hic in odium conuerteretur, contra vulg.regulam legis quod fauore,de legi. C.& ex eadem re quaſi contrarij effectus ſequerentur,contra l.legata inutiliter, de adimen. leg.& de leg.j. Creditur hæc ratio malè concludere:nam interuallum temporis cedit illius commodo, quod commodum grauamen recipit alterius incommodi,l. ſecundum naturam,de regulis iuris,l.eum qui,de iureiuran.Replicari poteſt,par eſſe vt compenſetur commodum cum incommodo,ſi modò id lege proditum ſit : non

enim

enim ſemper, vbi quis incommodatur aliqua in re, ſtatim fingere debemus aliquod incommodum ſine lege: & paſsim vtuntur noſtri regula l. eum qui, in reddenda ratione duorum è lege propoſitorũ. Dubitare etiam fecit noſtros glo. in c. quoniam, §. porrò. ex verb. canonibus, vt lite non conteſt. quę, in valde ſimili ſpecie voluit, ſacerdotem, qui habuit facultatem abeundi ab eccleſia ad certum diem, niſi intra diem redierit, poſſe priuari beneficio ab epiſcopo, abſque vlla citatione. Optimã dant noſtri ſolutionem: dicunt enim gl. eſſe falſam: ita omnes in d. l. ſi ex legati cauſa. Sed, vt rectè, & acutè animaduertit Dec. in d. l. vinum, qui dedit epiſcopus facultatem abeundi peregre clerico ad diem certam, nihil minus cogitauit, quàm priuationem beneficij: dilatio autem ſolutionis, & dies ipſa dicta eſt nulla alia de cauſa, niſi vt vel intra diẽ, vel ipſa die ſoluat. Quamobrẽ interpellatio videtur ab initio fuiſſe cogitata. † Cæterùm mihi nunquã hæc pla- 22
cuit Italorum ſententia, qui diſceſſerunt à

ueſtratibus : crediderunt enim veteres Galli,etiam in obligatione facta ad diem, neceſſariam eſſe interpellationem. Reſponderunt autem contrarijs, pœnam de beri à conſenſu, non autẽ à mora. Eius rei eſſe illud argumento, quòd nunquam pœna ſine conſenſu à mora debet. Illos duo adiuuant:vnum eſt, quia Iuriſconſultus in l.mora, in loco principe conſtituendæ moræ dixit, moram fieri ex perſona: idem in dicta l.in minorum, in l.iij. in princip.de adim.leg. dixit, in re minorum ex re fieri : nuſquam verò prodidit, ex tempore moram fieri. Alterũ eſt textus in l.traiectitiæ, §.de illo, de act.& obligatio.vbi quamuis obligatio diem habeat: tamen mora fit per interpellationem : ibi: Si interpellatus moram ipſe fecerit. Ex quo videtur hoc fieri planiſsimum niſi calumniemur: cùm eñ in eo §.ſit obligatio ad diem,ac per interpellationem moram faciat debitor, neceſſarium eſt, â die non
23 fieri moram. † Idem quoque eſt in conditione: nam ex euentu conditionis mora

non fit

non fit ſine interpellatione:in quo omnes noſtri conſentiunt. † An autem interpellatio extraiudicialis ſufficiat, & an petitio apud iudicem interpellet,dixi in d.l. ſi ex legati. 24 † Illud autem animaduertite, vnum eſſe caſum, in quo noſtri volũt, non poſſe aliter,quàm per iudicem interpellationem fieri, quando ſcilicet decreto eſt opus in ſoluendo,l.lex quæ,C.de admi. tut.ita ſenſit Ioan.Andre.in c.conſtitutus, de reſtitu.in integrum.referunt repetẽtes legem ſi ex legati cauſa:extant de ea re plura Ruyni reſponſa, quæ facilè inueniet de ea re admonitus. 25 † Remiſſam etiam nõ eſſe oportet debiti inſtantiam:quod gloſſ. optimè interpretatur in dicta l. mora, ſi dilatio nõ fuerit data à creditore. 26 Quod enim dicitur in l. Titia Seio,§.vſuras, de leg.ij.in l.ſemel mora,ſol.matri. ſemel ſcilicet moram factam,non eſt referendum ad ſolam interpellationem, quæ initium moræ eſt, ſed ad omnia ea momenta, ex quibus moram fieri ſuprà diximus, vt mora ſit ſemel facta, cui prorſus nihil deeſt:

ſicut ſemel impleta eſt conditio, nõ quæ
incepta eſt, ſed quæ cõſummata eſt, l. ſi ita
fuerit ſeruis, in princip. de manu. teſt. non
enim ſola interpellatiõe mora fit. Vnde
eſt, vt eleganter moram appellauerit Iu-
riſconſultus fruſtrationem in l. hominem
certum, in fine, mãda. in l. iij in fi. de vſur.
quæ fruſtratio non eſt in efflagitatione,
ſed in negligentia poſt efflagitationem.

Atque hæc locũ habent in mora debi-
toris. Quando autẽ mora vtrinque eſt,
videndum eſt quomodo conſtituatur mo-
27 ra creditoris. † Gl. eſt magiſtra, cui ſunt
aſſenſi omnes, in l. ſi mora, ex eo verbo, ſo
lut. matrimo. quæ diſtinguit obligationem
habentem diem aut tacitam, aut expreſ-
ſam: quo caſu, putat oblationẽ eſſe neceſ-
ſariam, l. ſi per te, C. de vſur. ab obligatio-
ne, quę pura eſt à die, quę, ſecundum eam,
oblationẽ non exigit, l. ratio, §. mora, de
act. emp. & vend. Gl. itaque in d. l. ſi mo-
ra, ſol. matri. vult die adiecta, per oblatio-
nem conſtitui creditorem in mora, l. ſi per
te, C. de vſur. non enim potuit non accipe

re,cui nihil oblatum eſt:offerre autē exhibere eſt:ſin autē nulla ſit dies dicta, oblatione glo.putat non eſſe opus,l.ratio,§. mora,de act.empt. §.mora loquiť in debitore:tam enim eſt debitor reſpectu precij emptor, quàm venditor reſpectu rei.

Purius itaque videť, vt oblatio ſit ſemper neceſſaria,ſi velimus in mora ponere creditorem:non enim ille in mora eſt,niſi ſi non accepit: non accipere autem non poteſt,ſi non offertur:probat id text.in d. l.ſi mora, & in dictà,l.illud, ex illis verbis: Quid enim ſi interpellauero venditorem, & non dederit id, quod emeram: deinde poſteà offerente illo ego non acceperim? Eadem forma vtiť Iuriſcóſultus in l.ſed & ſi alia,de conſti.pecu.in l.ſi fundus,in fi. de lege cómiſſ. † Noſtri tamen in ea re ita 28
diſtinguunt,vt ſi ſit res mobilis,coràm offerenda ſit,neque ſufficiat (puta) pecuniā in folle offerre, ſed neceſſe ſit numerare: idémq; de cæteris quæ mobilia ſunt,ſecundum genus ſuum. In immobilibus verò ſatis eſſe putāt, ſi quis profiteatur ſe para-

tum ſoluere. Hæc lege carent: allegant enim duas leges, quæ non probant, ſcilicet l.fundus de reſcin. ven.l. Prætor, § ſi paratus, de noui oper.nũcia. Itaque vtũtur verbo in argumentum, quo ſolent vti, cùm malè probat lex. Aequiſsima tamẽ diſtinctio eſt, & recepta à communi conſenſu, à quo hîc cauſa nulla eſt cur diſcedatur: omnes cumulantur in l. ſi mora, ſolu. matrimonio, & præcipuè adduntur multa conſilia in additionibus ad Caſtrenſem.

29 † Verùm ſi ita conſtituitur mora, quam rectè dixit Iuriſconſultus in d.l. mora, de vſur. apud iudicem examinari: definiri nõ poſſe: nulla conſtitutione, aut quęſtione iuris auctorum tradi poſſe: facti eſſe potius, quàm iuris. Dicite ergo quæſtionem noſtrorum verſari non in conſtitutione (id enim fieri poſſe negat lex) ſed in initio: inchoatur enim ab interpellatione, moraq; fit, quæ paulatim naſcitur: quæ momenta habet. Et idcirco, vt dixi, non appellauit moram interpellationem Iuriſconſultus, ſed fruſtrationem: nam interpellatio-

ni

ni coniunctus eſt temporis lapſus, & eius
rei probatio facta coram iudice, vnde fru
ſtratio nata eſt: id enim eſt, quod dicitur
in d.l. mora, apud iudicem examinabitur,
& in d.l. ſi per te iudici probaueris: hæc
omnia fruſtrationem, moramq́; cõficiũt.

Igitur de initio, nõ de mora par eſt in-
quiſiuiſſe noſtros. Hæc autẽ omnia di-
lucidiora ex ſequentibus euadent. Videa
mus itaq; qui ſint effectus moræ. † Pri- 30
mus offert ſe effectus vtilitas æſtimata, vel
æſtimanda, ſed non ſimpliciter: ea enim
hîc duntaxat conſideratur, quæ circa rem
eſt regulariter (intereſſe vulgò appella-
tur circa rem) de quo in l.ſi ſterilis, §.cùm
per venditorem, de acti. empt. in l.vlti. de
pericu. & commo. rei vendi. diximus in l.
vnic. C. de ſent. quæ pro eo quod inter.

Hoc quidem à mora naſcitur, & inter
omnes conſtat, æſtimationem huiuſmodi
fieri, ſi dies adiecta ſit, ſecundum diem ap-
poſitam cõtractui: alioquin in bonæ fidei
iudicijs, condemnationis tempus inſpici: in
ſtricti iuris actionibus, litis conteſtatæ,

vulg.l.iij.§.in hac,commod. id quod tamē alterius eſt propoſiti, ad ſuumq; reijciendi locum,vulg.l.vinum,ſi cert.peta. Circa quam legem vinum veteres, nouique
31 valde ſe torquent. † Non pauci,neque minimæ auctoritatis exiſtimauerunt,verbum petitum demonſtrare interpellationem extraiudicialem,quia Sabinus reſpōdit quid ſtatuendum ſit, & quando ſit, & quando dies dicta fuit ſolutioni, & quando non:ſicut autem dies, qui fictæ interpellationis eſt,iudicium nō exigit: ita etiā petitio extra iudicium accipienda ſit,quæ vera eſt interpellatio: potentius enim operatur veritas, quàm fictio, non econtra,l. filio quem pater,de lib.& poſthu. Principiò quis illis concedat diem operari fictam interpellationem? Sicut enim quādo interpellatus eſt aliquis die,& loco incongruo, ſi modò interpellationem retulerit ad locum, diemque congruū, interpellatio vtilis eſt,reg.vulg.l. in tempus: ita qui diem adiecit ſolutionis faciendæ,tunc quidem interpellauit, ad diem certam ſe

re

referens: & hoc eſt quod dicitur, dies pro homine interpellat. Prætereà cùm in dubitatione Iuriſconſultus in d.l.vinum meminerit litis conteſtatæ,veriſimile eſt, petitum referri ad litem conteſtatam, l. vlti. de vino leg. Item petitum natura ſua iudicij accepti eſt, iudicia ſtricti iuris conteſtationem reſpiciunt, l.amplius non peti, rem rat. hab. d.l. iij, §. in hac,commod.

Quæ eſt igitur cauſa, cur diſcedendo à regula communi, & à vi, proprietateque verbi,petitum aliter accipiamus,quàm res ipſa,& quàm vis verbi velit? Item in l.vlti.de tritic.verbum petitum litis conteſtationem ſignificat in pari cauſa: hîc ergo ſimiliter idem dicendum eſt,& ita rectè videtur ſenſiſſe ibi Decius. Atque hic primus eſt moræ effectus. Memẽtote ſemper, nos de obligationibus dandi, & tradẽdi ſolummodo agere. † Secundus effectus fructuũ eſt: eorum duplex eſt cauſa, 32
aut enim quæritur an fructus debeantur per ſe ex natura actionis: an debeantur ex mora. Debentur ex natura actionis in

rei vendicatione, vt in l. fructus, cùm duabus ſequentibus, de rei vendi. tradunt latè noſtri in l. indebiti, de cōdict. inde. in l. prima, C. de vſur. & fruct. leg. Debētur itē ex actione in perſonam, vt in l. cùm fundus, vbi omnes, ſi certum peta. & hæc no-
33 ſtra quæſtio non eſt. † In quo tamen animaduertite obiter ad duas inter ſe valde pugnantes, & contrarias leges, legem ſcilicet bonæ fidei, de acquir. rer. domi. & legem fructus, de vſur. Illa vult, bonę fidei poſſeſſorē fructus omnes facere ſuos, tam quos diligentia, & opera ſua parauit, quàm eos, quos naturales dicimus: nā qui omnes dicit includere voluit omnis generis fructus. Duæ dantur ſolutiones: vna eſt glo. in d l. fructus, quæ valde Salyceto placet, vt lex bonæ fidei demonſtrauerit, per omnes fructus, non eorum qualitatem, ſed quærentium, atque parantium qualitatem: vt ſit ſenſus, non ſolùm facit fructus ſuos, quos ipſe quęſiuit, ſed quos aliena opera parauit. Malè aſſueuit gl. bonis auctoribus: dixiſſet Iuriſcon. non omnes

omnes fructus, quæ qualitas fructuum eſt: ſed aut ab omnibus, aut omnium, aut parauerunt, aut aliquid aliud ſimile. Probabilius eſt, quãuis planè non ſatisfaciat, vt dicamus in l. bonæ fidei, fuiſſe bonæ fidei coniunctam iuſtam cauſam: nam in l. fructus, quamuis per ſe cauſa iuſtus ſit titulus, tamen pendet vis eius tituli: nam donatione non cõfirmata per mortem, euadit titulus iniuſtus. Cæterùm, hoc eſt oſtẽdere differentiam ſpecierum, nõ reddere cauſam rerum. Neque puto inſolubilius eſſe aliud contrarium in Pandectis. Veruntamen quando extra propo ſitum moræ eſt, ad rẽ noſtram redeamus.

Vbi de fructibus egerimus, & de vſuris, intelligetis in quàm paucis ſpeciebus, fructus à mora naſcantur. Interim verò patimini excurrere cogitatiões meas. †Gl. 34
in d.l. mora, de vſur. quam pleniſsimè putat attigiſſe rem Bar. & veriſsimè, ad quã, veluti ducem, omnes ſe referunt, diſtinguit, regulam ponens, vt in contractibus bonæ fidei à mora fructus debeantur: vidit

vidit enim idem cõſtitutũ fuiſſe in vſuris, ea.l.§.in bonæ fidei: vſuras autem glo. ſciebat vicem habere fructuum,& à fructibus non eſſe ſeparandas, l.vſuræ,eo.tit. Hac ratione hunc effectum,qui tertius glo. eſt, ſecundum nos fecimus:nam vix poteſt cõmodè intelligi exemplum, niſi exemplar intelligamus: & ideo prius cognoſcenda eſt patria poteſtas,quæ eſt à natura, quàm ea,quæ eſt ab adoptione, quæ ſimilitudinẽ naturæ habet,§. minor,§.in plurimis,inſtitu.de adopt. Sic de hærede prius cognoſcendum eſt,quàm de bonorum poſſeſſore,aut fideicommiſſario,qui loco hæredis ſunt. Sed alibi nos pedem ponamus, quàm vbi veſtigium fecerunt interpretes. Iuriſconſultus itaque,quem nobis debemus proponere imitãdum, agens de fructibus in l.videamus, la ij. de vſur.
35 incipit: † Videam⁹ de actione in perſonam, quoniam ſi in rem agatur, bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, quouſque res euicta fuerit,l.qui ſcit,§.bonæ fidei,de vſur.id Impa.in §.illorũ,inſti. de offi.iudi.

refert

refert ad petitionẽ,quæ litis cõteſtatio eſt. Quamobrẽ patet fructus fieri bonę fidei poſſeſſoris, ex natura bonæ fidei, & in eo moram nihil operari. Sed ſi prædo ſit (ita enim appellant leges malæ fidei poſſeſſorem) neque perceptos, neque percipiendos vnquam facit ſuos,l. fructus, cum duabus ſequẽ.l.ſi nauis,de rei vendi.d.§. illorum:adnotatur in d.l. qui ſcit, & in d.l. bonæ fidei,de acquiren.rer. domi. Itaq; intelligimus in actione in rem, moram de fructibus operari nihil, quia bone fidei poſſeſſor facit ſuos, prædo ſemper tenetur. Iuſtiſsimè igitur Iuriſcon.in d.l. videamus inueſtigat cauſas actionis in perſonam:in illis autem regulã facit, vbi reſtituendum eſt aliquid, fructus ex natura reſtitutionis venire, non ex mora: exempla ſunt in condictione indebiti, in donatione cauſa mortis conualeſcente donatore: in Fauiana, & Pauliana,hoc eſt in alienante liberto in fraudem portionis debitæ patrono,vel debitore in fraudem creditorum:in interdicto vnde vi: in actione

quod

quod vi,metúſue cauſa, vbi ſubijcit I.C. hæc verba: Nec mora mea mihi quid aufert:nempe quia ſunt omnia à natura condictionis, non à mora. Vnus caſus eſt, quæ prima ſpecies eius legis eſt, quando agitur de poſterioribus fructibus,poſt moram in rem, renunciata affinitate. Animaduertendum autem eſt, finita hac cauſa, tranſire I.C.ad alia, quando non eſt reſtituendũ,ſed petitur quod petitoris nũquam fuit: & deinde reuertitur ad exempla regulamq́ue ſuperiorem depoſiti, ſcili
36 cet,& commodati. † Quando verò petitur quod meum non fuit, reſpondet Iuriſcõſul. etiam ſi mora facta ſit, fructus nõ deberi: Sabino tamen auctore , ex æquitate poſt conteſtationem fructus eſſe pręſtandos:exemplum verò ex ſtipulatu non coanguſtat regulam, quamuis eo ferè vtatur lex,vt in l.ſi homo ex ſtipulatu, de re iudi. ratio eius rei redditur ab Vlp. in l.ij. de vſur. Quoniam(inquit) quale quidq;
37 eſt cùm petitur, tale dari debet. † Idem itaque erit in legatis, & fideicommiſsis,l.

ij.&

ij.& vlt.C.de vſur.& fruct.leg. In legatis, & fideicommiſsis varietas legum multipliciter agit,& miſcet omnia. nam duæ leges incipientes equis eod.titulo, de vſur. & lex Paulus in fin. poſt moram dicũt deberi fructus. Idem probat tex.in l.j.§.bellisſimè, vt leg. no.cauea. Noſtri cupiẽtes omnib⁹ ſatisfacere legibus dicũt,vtroque tempore deberi fructus,id eſt à mora, ſi mora facta fuerit: à iudicio accepto, ſi nulla mora ſit. Si probauimus fieri per interpellationem iudicialem moram in l. ſi ex legati cauſa, mala ſolutio hęc eſt.

Amplius dico nũc, iure Digeſtorũ nõ poſſe iri ad iudicẽ, quin prius cõmiſſa mora ſit,hoc eſt ĩchoata, niſi ĩ caſu legatorũ, nõ ſimpliciter negatorũ, ſed legi ſubiectorũ Falcidiæ,text.eſt ſingularis in l.in fideicõmiſs.de vſur. † Confunduntur autẽ 38
hæc omnia: quia lex Herennius la j.eod. tit.vult deberi fructus à die cedente fideicommiſsi, quod eſt poſt aditam hæreditatem. Eam legẽ nemo in hoc albũ vocat: veruntamen. & maximè pugnax eſt, &

valde

valde difficilis. Cōſentire cum l. Herēnius videtur ineuitabilis text. in l. quæſitū, in ſecundo themate, de acquiren. rer. domi. Si noſtros ſequendos eſſe iudicaremus, nihil eſſet facilius, quàm extricare ſe ex hac naſſa: communis opinio ita habet, ergo &c. Verūtamen id damno fit nō legum, ſed noſtro. Expiſcandæ ſunt igitur ſolutiones, donec animus quieſcat.

Duobus modis explicatus fuit à noſtris locus hic. Vetuſtiores dixerunt, vt adnotatur in dicta l. vlt. & in dicta lege quæſitum, diſtinguendum eſſe, an res aliena fuerit: & tunc fructus eſſe referendos ad acceptum iudicium: & ita eſſe accipiēdas omnes leges, quæ de litis conteſtatione loquuntur. Sin autem fuiſſet res teſtatoris, ab adita hæreditate fructus deberi: illud enim tempus eſt fideicommiſſi cedentis. Hoc meritò reijcitur, quia d. l. vlt. C. de vſur. ſemper ſe refert ad litis conteſtationem, ſiue agatur in rem, ſiue in perſonam: nemo verò ignorat, in rem agi non poſſe, niſi à domino: in rem autem agi tūc

à le-

à legatario, quādo teſtator dominus erat. Quamobrem ſi vtraque ſpecie lis conteſtata initium dat fructibus conſtituendis, iure reprehēdit ſolutio hæc. Quinimo d.l. quæſitū loquitur etiam in re aliena, ex illis verb. Multò magis &c. Poſteriores omnes dixerūt, l.vlt. loqui de fructibus percipiendis, legem quæſitum, & ſimiles de perceptis. Primò hoc lex neque dicit, neque ſignificat. Secundò triſsimum eſt, fructus percipiendos nō deberi ab hęrede, niſi vbi culpa īteruenit ei⁹, l.apud Iulianum, §.fructus, & ibi omnes, de leg.j. Tertiò hoc eſt contra d.§. ſi actionem. † Puriſsimè itaque, niſi fallor, 39 ſoluere poteſtis, aliam eſſe rationem fructuum, quando præſtandi ſunt veluti fructus: aliam, quando præſtandi ſunt veluti cauſa. Veluti cauſa pręſtantur, quando tanquam domino dantur. Vnde eſt, vt Iuriſconſul. in l. bonæ fidei, de acquiren. rer. domi. dixerit, poſſeſſorem bonę fidei facere fructus ſuos: eſſe enim veluti domi num. Quando verò ſui fiunt, non tan-

quam à domino, retinētur non veluti cauſa, ſed veluti fructus, propter culturam.

Hoc voluit lex equis prior (ſunt enim duæ cognomines) de vſur. hoc voluit lex prçterea, de rei vendic. diximus nos quoque nonnihil in l. vnic. C. de ſen. quæ pro eo quod inter. Itaque cùm Iuriſconſul. in d l. quæſitum dicat, poſſeſſorem nō facere frnctus ſuos, retulit ſe ad cauſam, non ad culturam. Quando autē veluti fructus debeantur alterius negocij illi erat.

Non me prætereunt quæ dicūtur à noſtris in l. ſi filiusfamilias, §. cùm fundum, de verbo obliga. vbi doctores diſtingunt, an fructus debeātur tanquam id quod intereſt, vel tāquam fructus. Sed illud mi-
40 nimè eſt præſentis ſpeculationis. † Summa igitur hæc eſt, fructus nihil habere cōmune cùm mora, niſi poſteriores in caſu d l. videamus, in princi. & eos fructus qui ſunt quadrimeſtris temporis, in d. l. in fideicommiſsi. Itaque neſcio vnde noſtri regulam fecerint, fructus eſſe effectū mo-
41 ræ in bonæ fidei iudicijs. † Cæterum in l.

in l. Herennius noſtri diſputāt de re prorſus aliena: quando ſcilicet acquiratur dominiū legatario: quod ad aliū locū pertinet.

In ea l. intuēdū eſt, de quo ſæpiſsimè vos admonui in alijs legibus, qui ſit eius legis finis: non enim agitur ibi de mora, aut de petitiōe, ſed poſito eo, fructus deberi, quęritur quomodo ineatur anni ratio: de quo illa lex eſt ſingularis: fructus enim non debentur pro rata anni, ſed totus annus fideicōmiſſario cedit, etiā qđ initiū anni nō habeat diem debiti fideicōmiſsi. Ita ergo anni ratio cōponēda eſt. Quādo autē mora initiū faciat fructuū petēdorū, ex alijs legibus petendū eſt. † Tertius effectus eſt vſurarum, idque dubitationem nō habet in bonæ fidei iudicijs, d. l. mora, §. in bonę fidei. Nutare tamen noſtros fecit lex lite conteſtata, eod. titu. *Sed omiſsis* ijs, quæ dicuntur ab alijs, quę patent omnibus, non eſt vſa lex verbo prçſtandorum, aut alio ſimili, ſed dixit currere vſuras lite conteſtata: id quod nihil aliud eſt, quàm progredi, atque ambulare, nō finiri in cō-	42

teſtatione litis, quouſque debitum ſoluatur, manere perpetuò. Sicut enim alibi dixit Iuriſconſul. ambulare obligationes, & ambulare voluntatem, legibus notiſsimis, ita dicit currere vſucapionem in l. ſi aliena, in princi. de vſucap. & currere vſuras in d. l. lite: dubiũ autem poterat illis facere l. vtique, de rei vendi. Manet ergo concluſio: in actionibus bonę fidei, vſuras deberi à mora. Sed hoc etiam perpetuum non eſt: nam in actione negotiorum geſtorum, quam pueri ſciunt eſſe iudicium bonę fidei, ſi conſuetudo eius, cuius negotia ſunt geſta, id ferat, ne ocioſę ſint pecunię penes negotiorum geſtorem, vſurę ſine mora noſtra debentur, l. qui ſemiſſes, in fin. de vſur. l. atqui natura, §. non tantùm, l. qui aliena, de nego. geſt. Atque hinc eſt, vt in l. qui ſine vſuris, eo. titu. ſi debitor gerat negotia creditoris, vbi primùm exigere potuit, vſuras ſtatim debet.

43 † In bonę fidei verò cauſam viderentur includi legata, & fideicommiſſa, l. qui ſolidum, §. etiam, l. ſi quis ſeruo, de lega. ij. ibi,

ibi,& vſurarum onus &c. Sed mora ibi, quemadmodum in d.l.etiam,vt leg.no. cauea in l. vlti.de req. re.in alijs legibus ſuprà citatis,in l.ſi debitori,de iudic. tardius factam ſolutionem ſignificat, non autem moram,de qua nos agimus,cûm per eum ſtat, vnde petitur, quominus petitor rem habeat: & ita tollendus eſt obex duarum legum equis,eo.titu. de vſur. In alijs autem actionibus ſtipulatione ferè opus eſt, vulg.l.quamuis,C.de vſur.niſi in ſingularibus caſibus: veluti in traiectitia pecunia, quę pacto nudo debet vſuras, & quibuſdã pręterea ſimilibus, de quibus per ſcribentes in d.l. quamuis. † Ex pręd ctis, niſi 44
fallor,apparet,paucas ſpecies vſuras recipere à mora, pauciſſimas fructus. Item illud colligitur,quamuis ęſtimatio,qui primus effectus eſſe perhibetur,ſine mora eſſe nequeat: effectum tamẽ morę nõ eſſe: idque patebit planius,vbi ad moram peruenerimus, quæ factorum merorum eſt, nequ is nunc intermiſceat l.& ſi poſt tres, ſi quis caut.in iud.& ſimiles, quæ in obli-

gatioinbus facti meri locum habent, cùm hîc nos agamus de obligationibus dandi,
45 & tradendi, vt dictum fuit. † Quartus autem, verusque effectus moræ eſt interitus, eiuſque periculum: leges ſunt innumeræ id planè probantes: principem locum tenet lex ſi ex legati cauſa, & lex nemo, in fine, de verbo. obliga. & ideo, ſi poſt moram chaſmate perierit fundus, debitori, non creditori perit, l. cùm res, §. vlti. l. apud Iulianum, §. ipſius quoque, de lega. j. l. ſi filiofamilias dos, §. ſi poſt, ſolu. matrimo. l. ſi vſusfructus, de vſufruct. leg. ſimilia multa colligunt gloſſæ paſsim. Poſt litis conteſtationem verò ſententia opus eſt, qua cõdemnetur rem ipſam præſtare debitor, cui poſt litem conteſtatam demortuum animal debitũ eſt propter fructus, l. ſi homo, de re iudic. alioqui niſi nos fefellerunt ſuperiora, & quæ alibi diximus, vel non poteſt ad iudicem perueniri ſine mora, vel ęquè pollens, ac potens eſt interpellatio, quæ apud iudicem fit, quàm quæ ſine iudice, de quibus neque muto, neq; re-

peto aliquid. † Dubitant verò noſtri in 46
d.l.quod te,& in l.nemo,de verb.oblig. an
iſtud omnimodo verum ſit, ſiue diſtinctionem recipiat legis,Item ſi verberatum, in
fi. de rei vendica. vt quando res peritura
omnino erat penes petitorem, illi mortua ſit,non autē debitori. Animaduertite eam l.loqui in rei vendicatione,& in illis ſpeciebus,in quibus mora verè non eſt,
ſed omnia pendent à bona, aut mala fide,
vt manifeſtiſsimè probat text.in l.illud,de
peti. hære. Quamobrē ſi recipiēda eſt
eiuſmodi diſtinctio,aliunde ſumi eā oportet, quàm ex ea l. De hoc igitur, quòd
ab alijs dictis non pendet, paulò diligentius dicendum eſt. Tractatur articulus,
vt præmoneri poſsitis,à Bar.Iaſ. Dec.latiſſimè in d.l. quod te. † Sed tenete illud 47
perpetuò,aliud eſſe dicēdum in mora exoriente:aliud in mora quæ fit. Nam in
mora exoriente,in confeſſo eſt omnibus,
teneri furem pepetuò de interitu,ſine exceptione: cùm enim facinus coniunctū ſit
fruſtrationi,meritò nullo caſu adiuuandus.

eſt moroſus,l.j.§.rectiſsimè,l.meritò,devi, & vi arma. Verum tamē eſt, vbi ventū eſt ad condemnationē,ſi ſit pœnalis actio, in qua ęſtimatio rei contineatur,rē ipſam non eſſe conſiderandam,l.ſi cū exceptione,§.quòd ſi homo, de eo quod met. Idē dicendum eſt in l.Aquilia,§.pœnam,inſti. de act. atque in ſimilibus ſpeciebus. In alia mora idē ferè creditur perpetua vna ratione: quia fur, & moroſus ęquiparantur,l.inter ſtipulantem,§.Stichum, de verbo.obliga.fur autem omnimodo tenetur, ergo pariter moroſus ſine exceptione tenebitur. Fortiſsimum argumentum eſt, ſi vera ſimilitudo eſt: ſed mihi videtur nequaquam voluiſſe comparare moroſum ſimpliciter, & furem Iuriſconſul. ſed ſubijcere duo exempla vnius regulæ: regula autem eſt,aliquando hominem mortuū vtiliter ſtipulatione comprehendi, quandoq; ſcilicet actio poſt mortem manet: veluti, furto facto hominis, & à promiſſore facta mora:vtroque enim caſu poteſt eſſe,vt vtilis ſit ſtipulatio:exemplum habetis ſimi

le inſt.

le inſti.quib.mo.re cont.obl.hoc enim poſito,re ſcilicet obligationem contrahi,exempla duo ſupponuntur ſimilia,quantum ad regulam,mutui videlicet, & cõmodati, ſeparata tamen inter ſe:aliter enim tenetur cõmodatarius: aliter qui mutuo accepit:hunc non liberat incendium,illum verò ferè liberat. Eodem modo, ſi ad regulam intueamur, verum eſt, vtilem eſſe ſtipulationem poſt moram: vtilẽ eſſe poſt furtum, illis nempe caſibus, quibus actio durat. Itaque videtur in moroſo noſtro eſſe diſtinguendum,per text.in l.ſi plures, depoſ. ibi: quia ęquum eſt, naturalem interitũ &c. Conantur tamen Itali contra veſtrates illam legẽ remouere ab hoc propoſito:aliquando enim viſum illis eſt, id probari à l. per argumentum à contrario,quod minimè recipitur,vt ſcitis,ſi cõtrarietas legum introducatur. Sed neque hîc vlla contrarietas eſt, cùm lex potius legem adiuuet, & directò ait Iuriſconſul. tunc pertinere interitum ad actorem, cùm eſſet interitura res, ſi reſtituta

fuiſſet. Aliquando dixerunt eſſe ſingulare in depoſito, cùm magna exiſtimetur perfidia depoſitarij, propter quam notatur infamia,l. in furti,§. illud planè,de ijs qui not.infam. Cæterum nihilo maior eſt perfidia depoſitarij,quàm aliorum,niſi poſt condemnationem:ante ſententiam verò nihil habent ſingulare depoſitarij, vnde premi poſsit lex ſi plures. Interdũ dixerunt ibi agi de impenſis, idq́ue mera diuinatio eſt. Aliquando dixerunt, in l. ſi plures,depoſitarium habuiſſe iuſtam litigandi cauſam. Sed quomodo de mora agetur tũc:nam iuſta cauſa eundi ad iudicem à mora ſoluit,l. ſciendum,l. ſi quis ſolutioni, de vſur. Interdum diſtinxerunt mortem naturalem , ab alio mortis genere, vnde culpa tamen abſit depoſitarij. Cæterum non eſſent caſus enumerandi,ſed reddẽda ratio,l.iiij.§. Cato,verſ. differentiæ, de verbo. obliga. gloſſ. in l.à Diuo pio,in princi.de re iudi. Nonnũquam voluerũt l. ſi plures, habere locum, in ſolis bonæ fidei contractibus. Hoc

autem

autem reijcitur à l.ſi in Aſia,in fi.eo.titu.

Verius itaque videtur, hîc eſſe diſtinguendum, ſicut in rei vendicatione, cùm propter æquitatẽ, ſed præcipuè propter l.ſi plures,quæ,meo iudicio,euadi non poteſt. Idem autem eſſet quantum ad hoc, ſiue res interierit,ſiue non appareat: probatur in d.l. cùm res,§. item ſi aliena, de lega.j. Quæ de ſumptibus, & opera dici poſſent, quæque traduntur à noſtris in l.cùm ſeruus,de leg.j.& in d.l.qđ te, alieni ſunt propoſiti:noſtrum enim eſt,hîc nihil admiſcere,quod moræ neceſſariò nõ cohæreat. † Vltimus moræ effectus eſt, 48
vt quando illum ſcire oporteat ſe debere, prædo euadat, & malæ fidei,d.l. quod te,l.quęſitum,de acquiren.rer.domi.quãobrem præſcribere nunquam poterit, c. vlti. de præſcrip. vnde egregiè reſpondit Fulg.in conſi.lxiij. ſtatutum, quo introducitur præſcriptio aduerſus creditorẽ: vtputa ſi non exegerit debitum decennio, amplius exigere non poſsit, non comprehendat debitorẽ moroſum. Atque hęc

ſuffi

49 ſufficiant ex parte debitoris. † Credi-
tor autem ſimiliter in mora poni poteſt,
vt ſuprà oſtendimus. Quamobrem ſicut
creditorem oportet interpellare cõgruo
loco,& tempore:par eſt quoque, vt debi-
tor offerat cõgruo tempore,& loco: alio-
quin iuſtam creditor haberet nõ accipiẽ-
di cauſam,l.ſed & ſi alia, de conſti. pecu.l.
qui decem,l.ſi ſoluturus,de ſolut.l. qui Ro
5ↄ mæ,in princi.de verb.obliga. † Poteſt
autem moliri tria debitor,aut emendatio-
nem moræ,de qua poſtea dicetur: aut libe
rationem abſolutam, quando oblatio ſola
non ſufficit: opus enim eſt conſignare, ac
deponere,l.acceptam,C.de vſur.l.obſigna
tione,C.de ſolut. aut molitur ſolam mo-
ram creditoris,id quod oblatione ſola con
tentum eſt,de quo loquitur lex ſi mora,ſo
lut.matrimo.cum ſuis comparibus: hoc vo
luit Iuriſcõſul.in l.qui decem,de ſolut. ibi:
Doli mali exceptione ſe tueri poteſt &c.
51 † Et in hac mora creditoris conſtituẽ
da nihil intereſt inter moram exorien-
tem, & morã quæ fit,l. in re furtiua, gloſ-
ſella

ſella j.in l.parui,de condict.furt. Varios verò hęc mora effectus habet:vnus eſt interitus:in quo nihil habet ſeparatim à mora debitoris. Secundus effectus eſt fructuum, vt poſt eam non teneatur niſi de perceptis. Tertius, vt ſolum dolũ præſtare debeat: quæ manifeſtiſsimè probantur ex d.l. qui decem, de ſolut.& ex d.l. ſi mora,ſolut.matri. Quartus effectus eſt denegandę actionis,l.ſi debitor,la j.de ſolut.eam autẽ ibi rectè Bald.intelligit fuiſſe inſtitutam contra quorundam contumaciam,qui nihil volunt ſibi ſolui, niſi per iudicem: quæ cauſa fuit etiam legis quidã exiſtimauerunt, ſi cert. peta. alioqui oblatio ſola non facit,vt repellatur quis perpetuò à iudicij limine, cùm conſtet inter omnes vltimam eſſe moram inſpiciendam, l.ſi ſeruum,§.ſequitur,de verbo. obliga.l.illud,de peri.& commo. rei vendi. Tradit glo. anomalum vnum effectum debitoris legitimi in d.l. mora, qui extra cauſam noſtram eſt. Ex his itaque vos intelligere arbitror,in obligationibus dãdi, & tradendi

dendi quemadmodum inchoetur mora: nam vt perficiatur apud iudicem examinandum eſt:& quis ſit effectus moræ, tam à parte creditoris,quàm à parte debitoris.

52 † Hæc viſa dicẽda ſunt de priore genere moræ:hoc eſt de mora,quæ naſcitur ex obligationibus dandi,& tradendi:nunc verò agendum eſt de mora obligationum faciendi. Hæc quidem mora ſeparatam à ſuperiore cauſam habet, vt patet ex conſtitutione,& ex effectu: nam cùm merum factum præſtandum eſt, neque inſula peti poteſt,neque fructus vllus eſt, neque vſuræ, neque periculum vllum interitus: res enim quæ non extat, quæ formam à conſummatione accipit,l. ſi is qui quadringenta,ad l.falc. neque æſtimari, neque fructus ferre,neque interire poteſt, vulg.l.nã et ſi ſub conditione,de iniuſt.rupt.l. decem, de verb.obliga.glo.in l. ad diſſoluendum, ex verb.accuſari,de deſpõ.impub. Conſtitutio item alia eſt: ſuperior enim aut tota prodit illico:aut inchoatur ex perſona,aut ex re, ea ſcilicet quæ eſt priuilegiaria.

Hęc

Hæc autem quæ habet obligationem faciendi à die naſcitur, ſi dies dicta ſit, l. & ſi poſt tres, ſi quis cau. aut etiam ſi dicta nõ ſit dies, à tempore, quo natura res perfici potuit, l. ſi inſulam, l. continuus, §. qui inſulam, de verbo. obliga. † Huius non vt 53
alterius, multiplex effectus eſt, ſed idẽ ſemper, vnuſq́ue, ac ſimpliciſsimus, tantùm ſcilicet, quãtum intereſt eius, cui promiſſum erat opus. Hoc eſt quod dicimus, in faciendi obligationibus ſuccedere obligationem ad id quod intereſt, l. ſi quis ab alio, in fi. de re iudi. l. ſtipulationes non diuidũtur, verſ. Celſus, de verb. obliga. l. cùm ſtipulatus ſim mihi, in fi. cum l. proxima, eo. tit.

Ex his ergo intelligitis in vniuerſum, quomodo conſtituatur mora, & quis effectus eius ſit. † Supereſt nunc vt videa- 54
mus, quemadmodum emẽdetur mora, ſiue purgetur, ſiue extinguatur: hoc eſt quẽadmodum reſtituatur obligatio in eundẽ locũ, vbi erat, quando mora inchoata fuit: quod nihil eſt aliud, quàm moram circunducere: hoc autem abſoluto, ad vlteriora

pro-

progredi volẽtibus, facillimus, niſi fallor, patebit aditus. Agamus aũt prius de mora debitoris. Hæc mora quaſdã germanas habet, quæ ſimul cũ ea naſcunť, eę verò ſunt actiones: puta in furto cõdictio, vẽdicatio, & actio furti. Actio furti nũquã emẽdatur ne præſtatione quidẽ rei, quoniam pœnę perſecutionẽ continet, l. ſi pignore, § cùm furti, de furt. non enim punitur fur, quia abſit res domino cùm agit, ſed quia aliquãdo abfuit maleficio furis, l. inter omnes, verſ. competit, eo. tit. de furt.

Condictio autẽ eſt, per quam petuntur effectus moræ, l. ſi condicatur, de condict. furt. Quãobrem quæ extingunt condictionẽ, pariter extinguent moram, & eius effectus per condictionem aut petitos, aut petendos. Conſtat autẽ condictionem tolli oblatione, l. in re furtiua, de cõdi. furt. ibi: Si quidem obtulit fur, ſine dubio nulla erit condictio. Idem poteſt nouatio, & delegatio, l. parui, eo. tit. de condict. furt.

Oblationem autẽ fieri oportet nõ ſolùm rei, quæ petiť, ſed omniũ, quæ in condictio-

dictionẽ veniũt,per cuius interitũ conditionis mora extinguitur, vt dictum eſt.

Quãobrẽ cùm ſemper condicatur,donec omnia ſoluta fuerint,l. huiuſmodi,§. ædes,de lega.j.l.etiã,de ſolut.niſi omnibus oblatis putà fructibus, & cauſis, manente cõditione mora nõ dicitur eſſe emẽdata. Idẽ eſt in mora quæ fit,l.illud, de peric. & commo.rei vend.ibi: ſanè hoc caſu mihi nocere debet:nõ enim noceret emptori, ſi nõ emendaret vitium debitoris,l.qui decẽ,de ſolut.ibi: Etenim non eſt æquum: nam ſi oblatio potens eſt ad transferendã morã in creditorẽ, & eũ obligandũ ad effectus moræ,d.l.ſi mora,ſo.matr.d.l.illud, non poteſt hoc operari,quin morã diluat debitoris. Oblatio autẽ tandiu fieri poteſt,quandiu res integra eſt,l.mancipiorũ, de opt.leg. ita tamen vt res conteſtationẽ litis non egrediatur,qui terminus emendationis moræ eſt,l.cùm ſine,l.ſi penũ,quan. dies leg. ced.l.j. de pen.leg. Poteſt ſanè fieri oblatio omnis cauſæ poſt litem conteſtatam,inſti.de per.& temp.act.vnde il-

-lud eſt, vt omnia iudicia ſint abſolutoria: hoc eſt,vt ait Paraphraſtes, vt iudex ſemper debeat liberare reum,qui bonam fidẽ agnoſcat:id quod verũ eſt, etiam poſt litis conteſtationẽ, & poſt ſententiã,l. fideiuſſor euictionis,de do.mal.& met. excep.ſed tempora poſteriora conteſtationi, ad moram nõ pertinent, ſed ad officium iudicis.

55 Mora verò factorũ merorũ,veluti faciẽdæ inſulæ,terminum habet emendationis vſq; ad iudicium acceptum,l.ſi inſulam,de verbo.obliga.cùm enim faciendũ ſit, & id quod nõ extat peti nõ poſsit, offerri quoque eadem ratione nõ poterit: nihil enim eſt quod offerat,niſi opere perfecto, quando non offertur,ſed præſtatur. Quia autem incertiora hęc facta ſunt,meritò maiores noſtri prudentiſsimi emendationem produxerunt vſque ad litis conteſtationẽ.

Intelligendum autem eſt, litis conteſtationem id pati, de eodem iudicio,quo petitur quod faciendum fuit: puta,domus eſt facienda,præterijt tempus ædificandi, agitur ad id quod intereſt: ſi fabricatus fuerit

pro-

promiſſor tempore litis conteſtatæ, emẽdata mora eſt. Sed ſi iudicium de alia re inſtituendum eſſet, aliud eſſet dicendum.

Vnde eſt vt magni viri maiores noſtri, in caſu obligationis iudicio ſiſti, per dies, & arbitrium iudicum morã emendari voluerint, non per litis conteſtationẽ: nam ſi expectanda eſſet litis conteſtatio de promiſsione ſiſtendi, præiudicium fieret iudicio principali, & eſſet res nimis oneroſa litigatoribus, contra l.j.eo.titu. ſi quis caut.

Ex his itaque concluditur omnẽ cuiuſque modi morã emendari poſſe. † Perpetuũ tamen creditur nõ eſſe multis modis: inſigniores numerabimus, & qui controuerſiæ aliquid habere poſſunt, aut qui ſunt certiſsimi. Primus caret omni ſcrupulo: quando enim debitor pacto ſuo noluit poſſe emẽdari moram, excluſus intelligitur ab huiuſmodi beneficio legis: de quo text. eſt in l. ſancimus, §. ſin autem, C. de fideiuſ. ex illis verbis: Niſi pacti tenor reclamauerit: nã cùm omnibus liceat ſibi præiudicare pacto, legibus, aut priuilegio non 56

repugnante, l.pacta quæ contra, C.de pa-
ctis.c.ſi diligenti, de for.compet.rectè ſibi
promiſſor adimet emendandæ moræ fa-
cultatẽ, l. ſi quis in cõſcribendo, C.de pac.
57 l. vlt. eo. † Secundò credit non poſſe
emendari mora, vbi ex conuentione pœ-
na debetur, & dies certa adiecta eſt: ita cre
diderunt noſtrates, veſtratibus diſſen-
tientibus. Nituntur ex l.magnam, C. de
cont.& com.ſtipula.ex l.Celſus, de arbitr.
ex l.qui Romæ, §. Callimachus, de verb.
oblig. vbi Ang. & ex alijs præterea legi-
bus, ex quibus colligitur, pœnam deberi
præterito die omnimodo: ita accipiendũ
eſt quod dicitur ab Imperatore in l.ij.C.
de iure emphy. Dixi vobis ſuprà pœ-
nam non eſſe effectum moræ, ſed quoddã
extrinſecum pendens aut à lege, aut à con
uentione, quod emendationem nõ habet,
quia extrinſecum eſt: emendatio enim ſo-
lius moræ eſt, l. Thais, §.intra, de fideicõ.
libert.l.ſi ita quis, §.Seia, de verb.oblig. nã
cùm actio extrinſecum à mora ſit, non po
terit die præterito aut non naſci, aut na-

ſci:

ſci:dies enim adiectus propter aliud, potẽtiſsimè operatur,l.cùm nõ eo die,C.quan. prouo.nõ eſt neceſ.c. de cauſis,de offi.deleg.l.peremptorias,C.ſenten.reſc.nõ poſſe,niſi fortaſſe proferatur à lege,vt in l. vlti.in fine,vt omnes iud.tam ciuil.quàm crimina.C. Ergo cùm pœna extrinſecum ſit,& ex conuentione, aut ex lege debeatur; potentiſsimè quantũ ad eam operabitur dies. Hinc eſt vt text. in c. potuit, loc. dixerit non ſimpliciter diem interpellare, ſed addidit in hoc caſu. *Suadent tamen* noſtri ratione, qua ſibi valde placet: quia quando creditor (inquiunt) tantum ſibi cauit die, aut pœna, ſubminiſtrat lex ex ęquitate purgationem; ſed vbi vtrunq; additum eſt, tanquam cui bene cõſultum ſit,lex ſe non interponit. Hæc neq; ſunt in lege,neq; ex lege, itaq; veluti ſyrmata, & ſophiſmata reijcienda ſunt. *Sũma* verò ratio huius ſententiæ eſt in cõſenſu noſtrorum à Cuneo vſque,& Rainerio, & Dyno ad duos Salycetos, & Alex. quem turba ſecuta poſtea omnis eſt. †Nõ diſ- 58

ſimilis eſt auctoritas tertiæ ſpeciei: dicunt enim, iuramentum tollere emendationẽ, propter l.ſi quis maior, C.de tranſact.quæ lex nihil illos adiuuat: neque enim ibi agitur de mora, aut de emendatione moræ. Quinimo idẽ vult & emendatio, & iuramẽtũ, vt præciſè ſcilicet pręſteť id quod
59 ꝓmiſſum eſt. † Quarta ſpecies eſt legis tale, §.qui ꝓuocauit, de pac. Vnde generaliter noſtri ſumũt, morę emẽdationẽ fieri nõ poſſe in pacto inſtituto ad confirmãdã, vel exęquandã rẽ iudicatã. Ea lex neq; de mora, neq; de emẽdatiõe agit, ſed illud ſtatuit, quid ſequendũ iudici appellationis ſit, qñ quis ꝓmiſit ſe rẽ iudicatã facturũ: neq; apparet ratiõ, cur aliud dicẽdũ ſit in ea ſpecie ſingulariter. Item deſtruitur hæc limitatio à limitatione ſecunda: erat enĩ ibi & dies, & pœna. † Quinta ſpe-
60 cies eſt, ſolutione facta morã nõ poſſe emẽdari, l.qui ob rẽ, de cõdict.inde. Ea quoque lex nõ agit neq; de mora, neq; de emẽdatione. Limitatione autẽ nihil verius, ſed nihil etiã inſulſius: nam cùm ſolutione
ſub-

ſublata ſit obligatio,inſt.quib.mo.toll.obl. quæ hæc eſt ineptia, quęrere an corrigi poſsit quod ſublatũ eſt? † Sexta ſpecies 61
eſt:quando executio facta eſt à lege, putà electione facta alternatiuę obligationis,l. ſi is cui,de leg.ij. Cęterũ quo ad electionẽ,petitio nulla ibi eſt: igitur nulla mora.
† Similis eſt cauſa ſeptimæ ſpeciei,quãdo pœna moræ eſt iuris,aut facultatis antea moroſo cõpetẽtis, trãslatiua in alium: veluti legato ſeruo ab hærede Titio,putà, quẽ Seius elegerit: Seio nõ eligente intra annũ, transfertur eligẽdi ius in legatariũ, l.vlt.§.ſed & ſi quis,C.com.de leg. idẽ eſt in l.j.§.quibus,de ſucceſs.edict. Sed ſi vera ſunt præcedẽtia, hæc limitatio vera eſſe non poteſt, vel ſaltem eſt ſuperflua: fit enim executio à lege. Sed hæc & alia huiuſmodi cunctationis ſunt, non autem moræ noſtræ: alioqui & vſus,& vſusfructus, & habitatio non vtendo amittuntur certis modis, quæ tamẽ nemo vnquam in hanc claſſem vocauit, nemo dixit ad moram pertinere. Quinimo dominiũ tẽpo- 62

re perit decẽnio, vel triennio: neq; tamen cum mora quicquã habet cõmune. Et præterea, hæc omnia extrinſeca ſunt: nam neq; dominiũ, neq; actio, neq; electio numerãtur in effectibus moræ. † Duo igi
63 tur caſus ſunt, quibus mora nõ emẽdatur: vnus ſi quis ita pepigerit: alter ſi lex inhibuerit emendationẽ. Et hæc ſufficiant
64 de mora debitoris. † Mora autẽ creditoris nocet illi vſq; ad litẽ conteſtatã, l. ſed & ſi alia, in fi. de cõſti. pec. Vltima autẽ mora attendenda eſt, l. illud, de peri. & cõmo. rei vend. & cùm agitur de damno, fauere magis debemus ei, qui tenet, quàm ei, qui perſequitur, d. l. ſi ſeruũ, §. ſequitur, de verb. obli. Atq; hæc ſunt, quæ mihi dicẽda viſa ſunt de mora: vtinam tam verè, quàm ſyncerè: id quod poſteritas aliena à perturbationibus iudicabit.

Finis libelli de mora.

ÆMYLII FERRETTI IVRISCONSVLTORVM HVIVS *ætatis facilè principis in legem vnicam*

C.

De Sententijs, quæ pro eo quod intereſt proferuntur interpretatio.

Imp. IVSTINIANVS. A. Ioanni præfecto prætorio.

CVM PRO EO quod intereſt dubitationes antiquę in infinitũ productæ ſint: melius nobis uiſum eſt huiuſmodi prolixitatem in anguſtũ coar-

ctare. Sancimus itaq; in omnibus caſibus,[a] qui certam habent quantitatem, uel naturam, ueluti in uenditionibus, & locationibus,[b] & omnibus cõtractibus, hoc quod intereſt dupli[c] quantitatem minimè excedere. In alijs autem caſibus, qui incerti eſſe uidentur, iudices, qui cauſas dirimendas ſuſcipiunt, per ſuam ſubtilitatẽ requirere, ut hoc quod reuera inducitur damnum hoc reddatur, & non ex quibuſdã machinationibus, & immodicis peruerſionibus in circuitus inextricabiles redigatur, ne dũ in infinitum computatio reducitur, pro ſua impoſsibilitate cadat: cùm ſciamus eſſe naturæ congruũ, eas tantũmodo pœnas[d] exigi, quæ uel cum competenti moderamine proferuntur, uel à legibus certo fine con-

concluſæ ſtatuuntur. Et hoc nõ ſolùm in damno,[e] ſed etiam in lucro noſtra amplectitur cõſtitutio: quia ex eo ueteres id quod intereſt ſtatuerunt. Et ſit omnibus, ſecũdum quod dictũ eſt, finis antiquæ prolixitatis huius cõſtitutionis recitatio. Datum Calend. Septẽb. Conſtantinopol. poſt Conſulat. Lampad. & Oreſt. Coſs.

EPITOME.

1 *Intereſſe non eſt vocabulum latinum: & eius in legibus duplex ſignificatio.*

2 *Intereſſe non eſt æſtimatio rei: & 17.*

3 *Intereſſe non ſignificat rem debitam, neque eius precium.*

4 *Obligatus ad rem non poteſt dare fideiuſſorem ad intereſſe: niſi quando factum promiſſum eſt.*

5 *Qui promiſit non petere intereſſe poteſt petere rem, aut precium rei.*

6 *Intereſſe non cõprahenditur pacto, quia non*

non eſt idem cum re.

7 *Thema ſiue caſus non poteſt hic poni. Et in quibus locis non poteſt.*

8 *Lex hæc continet tria. Secũda pars eſt 16. Tertia 17.*

9 *De qua re fuit dubitatum ex Doc. ſententia in hac lege. Ex Ferr. 10.*

11 *Agitur hic non ſolum de contractibus, ſed etiam de alijs rebus.*

12 *Quantitas quid Bar. & natura, & certum. Quid Ferr. 14.*

13 *Quantitas differt à quanto.*

15 *Plura in hac lege continẽtur, quàm exemplis in ea propoſitis.*

16 *Duplum & ſimplum ſunt relatiua.*

18 *Intereſſe eſt triplex per Doc. Per Ferr. tantùm vnum: & 22. & 29. in fi.*

19 *Intereſſe ſingulare eſt ab affectu, aut vtilitate.*

20 *Intereſſe conuentum eſt gl. & Bar. cõuentum precium.*

21 *Precium eſt tantùm vnum.*

23 *Pœna non eſt intereſſe.*

24 *Simplũ quid gl. & cæteris: & Fer. 25.*

neque

neque hic agi ſolùm de ſingulari intereſſe, vt volunt Doct.

25 Pœna duas habet ſignificationes.

27 Hæc lex continet damnũ, aut lucrum: quæ lata eſt ad taxandũ, non ad antiquandum: & nume. 10.

28 Intereſſe aliud extra rẽ: aliud circa rẽ.

30 Intereſſe extra rem quando debetur per gl. & Bar. Per Ferr. 31.

32 Intereſſe qua actione petatur.

33 Intereſſe quomodo probetur.

34 Intereſſe cùm petitur, ponendus & articulandus eſt certus locus, & æſtimatio communis.

35 Iuramentum excludit id quod intereſt: à quo aliquãdo leges probationem accipiunt.

36 Intereſſe peti poteſt vbi pœna promiſſa eſt: ſed ſi promiſſum fuerit intereſſe ſimpliciter, petitur illud quod iure cautum eſt.

37 Intereſſe non naſcitur ex mora, neque ex facto: ſed eſt inuẽtum propter vtilitatem, & æquitatem.

QVONIAM PRIVS inueſtigandum eſt quid ſit nomen: deinde quid ſit res: antequam de lege aliquid agaẽ, videndũ eſt quid ſignificet id quod
1 intereſt, ſiue intereſſe: † vtroque enim vocabulo promiſcuè vtemur: quamuis altero malè latino ad rem exprimendam.

Duplex ergo in noſtris libris inuenitur ſignificatio intereſſe: vna nobis cõmunis eſt cum omnibus, qua idem ſignificamus, cùm intereſſe noſtra dicimus, atque expedire, vtile eſſe, ad nos pertinere, nos tangere citra vllam commodi pecuniarij æſtimationẽ. Id eñ quod intereſſe dixit publicè Iuriſconſul. in l. j. ſol. mat. in l. nam reip. de no. oper. nuncia. cũ alijs id genus, idem alibi in l. vel negare, quemad. teſt. aper. expedire dixit: in in l. ſeruum quoq;, §. publice, de procur. eſſe vtile. Ideoq; in l. actione, §. Labeo, pro ſoc. modò vſus eſt verbo expedit, modò intereſſe Iuriſcon. & perſæpe vtilitatem ſimpliciter appellauit, vt in l.

in l.hęredes, §.ſi incerto, fami.erciſ.in l.eũ qui, de iniur.in l.proinde, ad l. Aquil. in l. emptorem, §.qui autem, de act.emp. ſemper reſpiciens puram, & abſolutam intereſſe ſignificationem: ita dixit intereſſe ſine commodo pecuniario Iuriſconſul.in l.Diuus, de teſt.milit.in l. ſi dominus, de ijs qui ſunt ſui, vel ali.iur. Hoc in ſumma fons eſt, & origo ſtipulationis, l. ſtipulatio iſta, §.alteri, de verb.obli. vbi oſtendimus etiã illa venire in ſtipulationem, quæ commodo pecuniario carent. Secundò intereſſe ſignificat vtilitatem, ſed pecunię, vt ſi dicas vtilitatem æſtimandam, aut æſtimatã, ſiue æſtimationem vtilitatis, eaq́; ſimpliciter plerunq; vtilitas dicitur, vt non ſit ęſtimatio genus, ſed vtilitas, quæ aut ęſtimatur, aut ęſtimata eſt, l.ſi ſterilis., §.cùm per vẽditorẽ, de act.emp.l. quòd ſi Epheſi, in prin.de eo quod cert.loc.cum alijs, de quibus infrà agetur in diuidendo intereſſe.

† Itaq; intereſſe excludit ęſtimationem rei, id notat Ang.in l.loci corpus, §.j. ſi ſerui.vend.in l.ſed & loci, §.j.fin.reg.Bal.ſentit. 2

tit. Bar. hîc, dum definiens intereſſe, dicit illud eſſe ęſtimationem vtilitatis: probat manifeſtiſsimè (vt calumniandum nō ſit) lex hęc verba quanti, de verb. ſignifi. l. j. §. conſiderādū, de tut. & rat. diſtrah. l. Titius,
3 de act. emp. d. §. qui autem. † Ex quibus plura ſumuntur, quorum veritas maximè apparebit ex infrà dicēdis: primùm intereſſe non ſignificare rem debitam, vt ſenſit Bar. hîc quęſtione j. neque etiā precium rei debitæ, vt ſenſit gl. ita vt verū nō ſit, intereſſe eſſe æſtimationē eius quod intereſt, id quod placuit Bart. hîc, in ij. quęſtio.
4 † Item ſumitur, non eſſe verum, ſi quis ad rem obligatus ſit, poſſe dari fideiuſſorē pro eo quod intereſt. In quo inconſultò reſpondit Corne. in conſil. ccxlix. viſo ſuprà ſcripto, vol. iij. Longè autem melius Bar. in l. ſi ita fideiuſſorem, de fideiuſ. exiſtimauit, non poſſe obligari fideiuſſorem ad intereſſe: excepto caſu vno, quando ſcilicet factum promiſſum eſſet: cuius quoniam nulla eſt æſtimatio, ſicut neque ſeruitutis per ſe, d. l. loci corpus, §. j. creditur

ſucce-

ſuccedere ad obligationem intereſſe[a] pro re. Caſtr. tamen, & Bal. ibi, longius rem producunt: volunt enim non ſolùm contineri caſum facti, ſed eum quoque caſum, quando ſpecies ſit perempta. Quicquid tamen illud ſit, quãdo indubitabile eſt, intereſſe differre à precio rei, non videtur neque in facto, neque in ſpecie perempta fideiuſſor ad id obligari poſſe: cùm enim hæc diuerſa ſint, in alio obligaretur principalis, in alio fideiuſſor, contra l. Grȩcè, §. ſi quis Stichum, de fideiuſ. † Sumitur itẽ 5 eſſe verum, eum qui promiſit non petere intereſſe, non prohiberi petere aut precium rei, aut rem ipſam. Ita ſenſit Alex. in conſi. clxviij. requiſitis, volu. ij. quem hîc citat Dec. Sed ante Alex. idẽ ſenſit Bal. hîc, & rectè. In quo tamen animaduertẽdum eſt, ſi aliunde colligi poſsit cõtrahentiũ voluntas: ſequimur enim in cõtractibus potius quod actũ eſt, quàm quod dictũ eſt, vulg. l. ſed Celſus, §. ſi fundus, de cõtrahen. emp. & ideo in rub. C. de contrahen. empt. admonet nos, ne quod verbũ patia-

[a] *Vide ſuprà ĩ libello de mora nu. 53.*

mur eſſe in contractibus ocioſum: & ita reſpondit Andreas Siculus relatus hîc à
6 Dec. † Mala ergo ratio eſt, qua noſtri vtuntur, & præcipuè Aret. conſi. lxxxiij. intereſſe intelligitur eſſe comprehenſum pacto, quia idem eſt cum re, aut cum precio rei. Mementote extenſionum[a], atq; ſtipulationis[b]: vtrūq; enim ab initio & durum, & abſonū exiſtimaſtis: quæ tamē ex curſu interpretationis manifeſtiſsimè probata fuerunt. Hoc item quod veluti prima menſa eſt, hoc eſt olera, & poma, poſtea dum progrediemur, veriſsimū eſſe inuenietis. Secunda hęc ſignificatio eſt ea,
7 de qua loquitur lex noſtra vnica. † In interpretāda ergo lege, nō pōt hîc cōmodè proponi thema, aut facti ſpecies: tradūtur enim initia: id quod eſt perpetuum, vt in diuiſionibus, & in definiēdo: veluti in l. j. in l. iuriſgen. & alijs deinceps, de pac. in l. j. de verb. obliga. atque ſimilib. Videndū eſt itaque per partes, quid ſibi velit lex.
8 † Tria enim in ea proponunt: vnum, fuiſſe dubitatum ab antiquis de eo quod intereſt.

a In principio l. i. de vulg. pbauit extēſionē ab initio potētia ad voluntatē fieri non poſſe.

b In rubri. de ver. obl. tenuit ſtipulationem eſſe à iure gentiū, & alia cō tra cō.

intereſt. Aliud certis caſib⁹ duplũ nõ egre di,certis excedere. Nouiſsimũ eſt,quęcũque dicũtur noſtra cõſtitutione, tã ptinere ad dãnũ, quàm ad lucrũ. † Quãtũ ergo ad primũ, dubitãt noſtri, de quo dubitauerint veteres. Res eſt per ſe curioſorũ potius,quàm interpretũ: nõ enim multũ habet vtilitatis: verũtamẽ qualis qualis articulus eſt,paucißimis nobis eſt tractãdus. Gl.ex verb.pductæ,de duobus dubitaſſe veteres exiſtimat:vnũ eſt, an intereſſe cõprehendat id quod circa rem eſt,an etiam quod eſt extra rem: alterum ,an damnum ſolum comprehenderetur ab eo quod intereſt,an etiam lucrum. Neutrum horũ eſt probabile: nam quantum ad primum, videmus eam diſtinctionem fuiſſe veteribus notam,d.§. cum per venditorem: & præterea verbum nullum legimus hac cõſtitutione, quo ſignificetur , id fuiſſe in mente Imperatoris. Conſueuit autem ille aliter, vt patet ex l.quidam filium,ſuprà de fideicom.l.ambiguitates,de ind.vid.tol. l.vlti.de verb.ſignifica.l. cùm quæſtio, de

quę πα ϱάδοξα initio viſa ſũt

9

legat.l.vlt.de ijs quib.vt indi.l.vnic.de cad. toll. cum mille alijs ſimilibus. Secundum verò(ne laboremus in re non neceſſaria) reprobatur à verbis legis noſtræ:ait n.lex, de lucro,& dãno loquens,veteres ex eo id quod intereſt ſtatuiſſe:probatur in l.ſi cõmiſſa,rem rat. haberi, vbi gl. Crebrius creditur fuiſſe dubitatum ante hanc legẽ de duplo,tanquam ſi illud incognitum legi fuiſſet: idque ferè conſtat inter omnes.

Cõtra hoc opponuntur duo:primò oppo.text.in l.Titius,coniuncta lege proxima, de actio.empt. Secundò opp.lex iij. in fi.de eo quod cert. loco:vbi in actione, de qua agitur eo titulo,quæ arbitraria euadit,venit intereſſe ſupra modum vſurarũ, modus autem vſurarum dupli eſt,l. ſi non ſortem,§.ſupra duplum,de condict.indebi.ergo in alijs duplum non excedit. Duę dantur ſolutiones, ne quiſquilias oẽs gloſſarum noſtrarũ referam: vna eſt antiquatam eam legem à l.idemque, illi coniuncta,& proxima, ex illis verb. Si ſciens quis alienum vẽdiderit, omnimodo teneri debet.

bet: itaque ſenſit Bar. oppo. viij. primę partis. Idem tamen à prandio aliter ſenſit, quæ ſecunda ſolutio eſt: creditur enim ille caſus eſſe ſingularis, & mirabilis. Hanc ſolutionem omnes amplectuntur, cuius rationem reddit Saly. opp. xvij. quia ſcilicet factum emptoris non debet grauare venditorem, l. ſi dictum, §. ſi compromiſero, de euictio. l. emptor, infrà eod. de euictio.

Nouiſsimi reprehendunt rectè hác rationem: factum enim emptoris minimè venditori nocet, quando coniunctum eſt cum euictione: veluti quando res euincitur, ſi ad arbitrium eat: tunc enim ſua voluntate, factoque ſuo transfert rem in dominum. Sed quando nihil factum pertinet ad euictionis cauſam, aliud eſt dicendũ: vt ecce, in area aliena vẽdita in d. l. idemque: agit enim emptor non poſsidens contra venditorem, quamuis facto ſuo meliorem fecerit aream, & vtiliorem domum, inſulamúe ibi ędificando. Neutrum tamen horum videtur eſſe verum: nam correctio legis vitãda eſt, præſertim ſi ex cõ-

ctare. Sancimus itaq; in omnibus caſibus,[a] qui certam habent quantitatem, uel naturam, ueluti in uenditionibus, & locationibus,[b] & omnibus cõtractibus, hoc quod intereſt dupli[c] quantitatem minimè excedere. In alijs autem caſibus, qui incerti eſſe uidentur, iudices, qui cauſas dirimendas ſuſcipiunt, per ſuam ſubtilitatẽ requirere, ut hoc quod reuera inducitur damnum hoc reddatur, & non ex quibuſdã machinationibus, & immodicis peruerſionibus in circuitus inextricabiles redigatur, ne dũ in infinitum computatio reducitur, pro ſua impoſsibilitate cadat: cùm ſciamus eſſe naturæ congruũ, eas tantũmodo pœnas[d] exigi, quæ uel cum competenti moderamine proferuntur, uel à legibus certo fine con-

concluſæ ſtatuuntur. Et hoc nõ ſolùm in damno,[e] ſed etiam in lucro noſtra amplectitur cõſtitutio: quia ex eo ueteres id quod intereſt ſtatuerunt. Et ſit omnibus, ſecũ dum quod dictũ eſt, finis antiquæ prolixitatis huius cõſtitutionis recitatio. Datum Calend. Septẽb. Conſtantinopol. poſt Conſulat. Lampad. & Oreſt. Coſs.

EPITOME.

1 *Intereſſe non eſt vocabulum latinum: & eius in legibus duplex ſignificatio.*

2 *Intereſſe non eſt æſtimatio rei: & 17.*

3 *Intereſſe non ſignificat rem debitam, neque eius precium.*

4 *Obligatus ad rem non poteſt dare fideiuſſorem ad intereſſe: niſi quando factum promiſſum eſt.*

5 *Qui promiſit non petere intereſſe poteſt petere rem, aut precium rei.*

6 *Intereſſe non cõprahenditur pacto, quia non*

non eſt idem cum re.

7 *Thema ſiue caſus non poteſt hic poni. Et in quibus locis non poteſt.*

8 *Lex hæc continet tria. Secũda pars eſt 16. Tertia 17.*

9 *De qua re fuit dubitatum ex Doc. ſententia in hac lege. Ex Ferr. 10.*

11 *Agitur hic non ſolum de contractibus, ſed etiam de alijs rebus.*

12 *Quantitas quid Bar. & natura, & certum. Quid Ferr. 14.*

13 *Quantitas differt à quanto.*

15 *Plura in hac lege continẽtur, quàm exemplis in ea propoſitis.*

16 *Duplum & ſimplum ſunt relatiua.*

18 *Intereſſe eſt triplex per Doc. Per Ferr. tantùm vnum: & 22. & 29. in ſi.*

19 *Intereſſe ſingulare eſt ab affectu, aut vtilitate.*

20 *Intereſſe conuentum eſt gl. & Bar. cõuentum precium.*

21 *Precium eſt tantùm vnum.*

23 *Pœna non eſt intereſſe.*

24 *Simplũ quid gl. & cæteris: & Fer. 25.*

neque

neque hic agi ſolùm de ſingulari intereſſe, vt volunt Doct.

25 *Pœna duas habet ſignificationes.*

27 *Hæc lex continet damnũ, aut lucrum: quæ lata eſt ad taxandũ, non ad antiquandum: & nume. 10.*

28 *Intereſſe aliud extra rẽ: aliud circa rẽ.*

30 *Intereſſe extra rem quando debetur per gl. & Bar. Per Ferr. 31.*

32 *Intereſſe qua actione petatur.*

33 *Intereſſe quomodo probetur.*

34 *Intereſſe cùm petitur, ponendus & articulandus eſt certus locus, & æſtimatio communis.*

35 *Iuramentum excludit id quod intereſt: à quo aliquãdo leges probationem accipiunt.*

36 *Intereſſe peti poteſt vbi pœna promiſſa eſt: ſed ſi promiſſum fuerit intereſſe ſimpliciter, petitur illud quod iure cautum eſt.*

37 *Intereſſe non naſcitur ex mora, neque ex facto: ſed eſt inuẽtum propter vtilitatem, & æquitatem.*

in l.hęredes, §.ſi incerto, fami.erciſ.in l.eũ qui, de iniur.in l.proinde, ad l. Aquil. in l. emptorem, §.qui autem, de act.emp. ſemper reſpiciens puram, & abſolutam intereſſe ſignificationem: ita dixit intereſſe ſine commodo pecuniario Iuriſconſul.in l.Diuus, de teſt.milit.in l. ſi dominus, de ijs qui ſunt ſui, vel ali.iur. Hoc in ſumma fons eſt, & origo ſtipulationis, l. ſtipulatio iſta, §.alteri, de verb.obli. vbi oſtendimus etiã illa venire in ſtipulationem, quæ commodo pecuniario carent. *Secundò* intereſſe ſignificat vtilitatem, ſed pecunię, vt ſi dicas vtilitatem æſtimandam, aut æſtimatã, ſiue æſtimationem vtilitatis, eaq; ſimpliciter plerunq; vtilitas dicitur, vt non ſit ęſtimatio genus, ſed vtilitas, quæ aut ęſtimatur, aut ęſtimata eſt, l.ſi ſterilis, §.cùm per vẽditorẽ, de act.emp.l. quòd ſi Epheſi, in prin.de eo quod cert.loc.cum alijs, de quibus infrà agetur in diuidendo intereſſe.

† Itaq; intereſſe excludit ęſtimationem rei, id notat Ang.in l.loci corpus, §.j.ſi ſerui.vend.in l.ſed & loci, §.j.fin.reg.Bal.ſen- 2

tit.

tit. Bar. hîc, dum definiens intereſſe, dicit illud eſſe ęſtimationem vtilitatis: probat manifeſtiſsimè (vt calumniandum nō ſit) lex hęc verba quanti, de verb. ſignifi. l. j. §. conſiderādū, de tut. & rat. diſtrah. l. Titius,
3 de act. emp. d. §. qui autem. † Ex quibus plura ſumuntur, quorum veritas maximè apparebit ex infrà dicēdis: primùm intereſſe non ſi gnificare rem debitam, vt ſenſit Bar. hîc queſtione j. neque etiā precium rei debitæ, vt ſenſit gl. ita vt verū nō ſit, intereſſe eſſe æſtimationē eius quod intereſt, id quod placuit Bart. hîc, in ij. queſtio.
4 † Item ſumitur, non eſſe verum, ſi quis ad rem obligatus ſit, poſſe dari fideiuſſorē pro eo quod intereſt. In quo inconſultò reſpondit Corne. in conſil. ccxlix. viſo ſuprà ſcripto, vol. iij. Longè autem melius Bar. in l. ſi ita fideiuſſorem, de fideiuſ. exiſtimauit, non poſſe obligari fideiuſſorem ad intereſſe: excepto caſu vno, quando ſcilicet factum promiſſum eſſet: cuius quoniam nulla eſt æſtimatio, ſicut neque ſeruitutis per ſe, d. l. loci corpus, §. j. creditur ſucce-

ſuccedere ad obligationem intereſſe[a] pro re. Caſtr. tamen, & Bal. ibi, longius rem producunt: volunt enim non ſolùm contineri caſum facti, ſed eum quoque caſum, quando ſpecies ſit perempta. Quicquid tamen illud ſit, quādo indubitabile eſt, intereſſe differre à precio rei, non videtur neque in facto, neque in ſpecie perempta fideiuſſor ad id obligari poſſe: cùm enim hæc diuerſa ſint, in alio obligaretur principalis, in alio fideiuſſor, contra l. Græcè, §. ſi quis Stichum, de fideiuſ. † Sumitur itē 5
eſſe verum, eum qui promiſit non petere intereſſe, non prohiberi petere aut precium rei, aut rem ipſam. Ita ſenſit Alex. in conſi. clxviij. requiſitis, volu. ij. quem hîc citat Dec. Sed ante Alex. idē ſenſit Bal. hîc, & rectè. In quo tamen animaduertēdum eſt, ſi aliunde colligi poſsit cōtrahentiū voluntas: ſequimur enim in cōtractibus potius quod actū eſt, quàm quod dictū eſt, vulg. l. ſed Celſus, §. ſi fundus, de cōtrahen. emp. & ideo in rub. C. de contrahen. empt. admonet nos, ne quod verbū patia-

a Vide ſuprà in libello de mora nu. 53.

mur eſſe in contractibus ocioſum: & ita reſpondit Andreas Siculus relatus hîc à
6 Dec. † Mala ergo ratio eſt, qua noſtri vtuntur, & præcipuè Aret. conſi.lxxxiij. intereſſe intelligitur eſſe comprehenſum pacto, quia idem eſt cum re, aut cum precio rei. Mementote extenſionum[a], atq; ſtipulationis[b]: vtrũq; enim ab initio & durum, & abſonũ exiſtimaſtis: quæ tamẽ ex curſu interpretationis manifeſtiſsimè probata fuerunt. Hoc item quod veluti prima menſa eſt, hoc eſt olera, & poma, poſtea dum progrediemur, veriſsimũ eſſe inuenietis. Secunda hęc ſignificatio eſt ea,
7 de qua loquitur lex noſtra vnica. † In interpretãda ergo lege, nõ põt hîc cõmodè proponi thema, aut facti ſpecies: tradũtur enim initia: id quod eſt perpetuum, vt in diuiſionibus, & in definiẽdo: veluti in l. j. in l. iuriſgen. & alijs deinceps, de pac. in l. j. de verb. obliga. atque ſimilib. Videndũ eſt itaque per partes, quid ſibi velit lex.
8 † Tria enim in ea proponunt: vnum, fuiſſe dubitatum ab antiquis de eo quod

intereſt.

a In principio l. i. de vulg. pbauit extẽſionẽ ab impotẽtia ad volũtatẽ fieri non poſſe.

b In rubri. de ver. obl. tenuit ſtipulationem eſſe à iure gentiũ, & alia cõtra cõ.

intereſt. Aliud certis caſib⁹ duplũ nõ egre di, certis excedere. Nouiſsimũ eſt, quęcũque dicũtur noſtra cõſtitutione, tã ꝑtinere ad dãnũ, quàm ad lucrũ. † Quãtũ ergo ad primũ, dubitãt noſtri, de quo dubitauerint veteres. Res eſt per ſe curioſorũ potius, quàm interpretũ: nõ enim multũ habet vtilitatis: verũtamẽ qualis qualis articulus eſt, paucißimis nobis eſt tractãdus. 9

Gl. ex verb. ꝓductæ, de duobus dubitaſſe veteres exiſtimat: vnũ eſt, an intereſſe cõprehendat id quod circa rem eſt, an etiam quod eſt extra rem: alterum, an damnum ſolum comprehenderetur ab eo quod intereſt, an etiam lucrum. Neutrum horũ eſt probabile: nam quantum ad primum, videmus eam diſtinctionem fuiſſe veteribus notam, d. §. cum per venditorem: & præterea verbum nullum legimus hac cõſtitutione, quo ſignificetur, id fuiſſe in mente Imperatoris. Conſueuit autem ille aliter, vt patet ex l. quidam filium, ſuprà de fideicom. l. ambiguitates, de ind. vid. tol. l. vlti. de verb. ſignifica. l. cùm quæſtio, de

legat.l.vlt.de ijs quib.vt indi.l.vnic.de cad. toll. cum mille alijs ſimilibus. Secundum verò(ne laboremus in re non neceſſaria) reprobatur à verbis legis noſtræ:ait n.lex, de lucro,& dãno loquens,veteres ex eo id quod intereſt ſtatuiſſe:probatur in l.ſi cõmiſſa,rem rat. haberi, vbi gl. Crebrius creditur fuiſſe dubitatum ante hanc legẽ de duplo;tanquam ſi illud incognitum legi fuiſſet: idque ferè conſtat inter omnes.

Cõtra hoc opponuntur duo:primò oppo.text.in l.Titius,coniuncta lege proxima, de actio.empt. Secundò opp.lex iij. in fi.de eo quod cert. loco:vbi in actione, de qua agitur eo titulo,quæ arbitraria eua dit,venit intereſſe ſupra modum vſurarũ, modus autem vſurarum dupli eſt,l. ſi non ſortem, §.ſupra duplum,de condict.indebi.ergo in alijs duplum non excedit. Duę dantur ſolutiones, ne quiſquilias oẽs gloſſarum noſtrarũ referam: vna eſt antiquatam eam legem à l.idemque, illi coniuncta,& proxima, ex illis verb. Si ſciens quis alienum vẽdiderit, omnimodo teneri de-

bet.

bet:itaque ſenſit Bar.oppo.viij.primę partis. Idem tamen à prandio aliter ſenſit, quæ ſecunda ſolutio eſt:creditur enim ille caſus eſſe ſingularis, & mirabilis. Hanc ſolutionem omnes amplectuntur, cuius rationem reddit Saly.opp. xvij. quia ſcilicet factum emptoris non debet grauare venditorem, l. ſi dictum, §. ſi compromiſero, de euictio.l.emptor, infrà eod. de euictio.

Nouiſsimi reprehendunt rectè hāc rationem: factum enim emptoris minimè venditori nocet, quando coniunctum eſt cum euictione: veluti quando res euincitur, ſi ad arbitrium eat: tunc enim ſua voluntate, factoque ſuo transfert rem in dominum. Sed quando nihil factum pertinet ad euictionis cauſam, aliud eſt dicendū: vt ecce, in area aliena vēdita in d.l. idemque: agit enim emptor non poſsidens contra venditorem, quamuis facto ſuo meliorem fecerit aream, & vtiliorem domum, inſulamúe ibi ędificando. Neutrum tamen horum videtur eſſe verum: nam correctio legis vitāda eſt, præſertim ſi ex cō-

tinenti fiat, vulg.l. non ad ea, de condi. & demonſtra.& id quod dicitur in d.l idemque: in omnibus ſcilicet caſibus, refertur ad diſtinctionem poſsidendi, vel nõ: quod autem de duplo lege pręcedenti dictum fuerat, perpetuò manet. Ioã. Fabri hîc exiſtimat eſſe correctam à lege noſtra d.l. Titius. Sed fallit: nihil enim antiquatur hîc, ſed ſtatuitur, vt ex curſu interpretationis facilè intelligetis. Neque dicamus caſum illum eſſe ſingularem: quia nõ poteſt reddi bona diuerſitatis ratio, cur idem nõ ſit dicendũ in omnibus paribus cauſis. Dec. nititur reſpondere legi iij. ſed valde leuiter. Primũ enim ait, ſi ita ratiocinemur, poſſe ſimiliter dici, in eam actionem venire ſolam intereſſe. Sed longè eſt & intereſſe per ſe, & quantitatis diuerſa ratio: nam intereſſe ſemper debetur vbi adeſt, modus autem incertus eſt, & indeterminatus. Ideoque ſi in illa actione arbitraria duplum ſuperat, in alijs duplum non excedet. Reſpondet itẽ, eã l. loqui de vſuris, quod valde eſt ineptũ: vſuræ enim

exem-

exemplum ſunt, intereſſe eſt de quo ſtatui
tur. † Pura autem,& vera ratio (quan- 10
tum poſſumus aſſequi coniectura,& ſuſpi
cione) ea videtur, ante hanc conſtitutio-
nem, in multis caſibus determinatū fuiſ-
ſe,quantum peteretur generaliter,nuſquã
eſſe proditū quatenus,& quouſq; excur-
reret id quod intereſt. Et ideo ne in re
inextricabili,& infinita nõ haberemus ali-
quid, quò dirigere poſſemus æſtimationẽ
vtilitatis,conſtituit Imperator, nihil cor-
rigens,quid nobis eſſet inſpiciẽdum. Ve-
rùm quia incertiora quędam erant, vide-
licet quæ certã habẽt quãtitatẽ,quæ mini-
mè,ſubiecit id à ſe factū fuiſſe, prout poſ-
ſibile eſt. Quærendum eſt itaque,qui ſint
caſus certę aut quantitatis,aut naturæ.
a In omnibus caſibus. † Demonſtrare 11
hîc voluit Impera. non agi de ſolis, ac
nudis contractibus, ſed agi etiam de alijs
rebus, puta de maleficijs: ita Azo hîc, &
gloſſ. & ferè omnes. Cùm autem ait lex:
Certam quantitatem vel naturam: variè
hoc acceptū fuit à veteribus. Ante Bar.

variæ fuere ſententię, vt per eum, & per Alber. hîc: quas non refero, ne fruſtra impleantur membranę: cùm enim nugaciſsimę ſunt, & tanquam aniles fabulæ referendæ Saturnalibus: tum improbatę ſunt
12 & à Bar. & ab alijs. † Bartolus ergo ex parte ſecutus glo. exiſtimauit, quantitatē ſignificare & pecuniam, & corpus: naturā verò genus, tanquam Aſinitatē, aut Equinitatem. Certos autem eos eſſe caſus, ſiue quid certum à ſe habeant, ſiue ab adiuncto: nam quando vnum ex reſpicientibus caſum certum eſt, veluti in mutuo & venditione, & locatione, aut precium, aut res, quamuis ad tradendum teneatur venditor, quod facti eſt, l. ſtipulationes non diuiduntur, de verbo. oblig. tamen quia cohæret precio, certum dicitur eſſe propter adiunctum. Per contrarium ergo incerti ſunt caſus, qui neque per ſe, neque per cohærens, atque coniunctum certi ſunt: vt ſi tu promittas factum mihi, fabricandam putà inſulam, & ego tibi ſimiliter fabricādam inſulam promittā, l. inſulam, de pręſcrip.

ſcri.verb. † Principiò nuſquam à me le- 13
ctum eſt, id quod animaduertit Dec. hîc, & multi prȩterea, quantitatem ſignificare aliud, quàm quod pōdere, numero, mē ſura conſtat: nam in l. ſtipulatio, de no. ope. nunci. in fin. apparet ſignificari à quantitate ȩſtimationem: in l. certum, ſi cert. peta. & ſpecies, & quantitas diſtinguitur: idē in l. planè. §. ſi eadem res, in l. talis ſcriptura, in fin. de lega. j. Quantam verò noſtri interdum aliter acceperunt, vt in l. quiſquis, de leg. iij. in l. cùm ſtipulamur, de ver. ſignifica. Quantitatis autem ſignificatio nullibi inuenitur, niſi pro ijs quæ functionem recipiunt in genere ſuo. Et ideo cùm pecuniam ſolam indicare voluit lex, conſueuit dicere pecuniæ quantitatem, vt in l. j. C. de actio. & obliga. Prȩterea naturæ verbum ad genus referre mihi nouum eſt: neq; tam bonus eſt verborū auctor Bar. vt ad illius Barbaram phraſin accommodandæ ſint leges. Præterea etiam ſi natura genus ſignificaret: quomodo erit certū tunc, cùm inter omnes conſtet, genus eſſe

incertum,l. cùm incertus,de leg.j.l. hæredes,§.ſi incerto,fami. erciſ. Item tex. noſter dicit, eos eſſe caſus certos,qui habent certã quantitatẽ,vel naturã. Quãobrem ſi eos addas,qui ex adiũcto certi ſunt,erit certa ſpecies icognita (vt ex verbis apparet) Iuſtiniano,quẽ, niſi extarẽt egregia Bartoli cõmẽtaria,intelligere non poſſemus:ante illũ enim, nemo eorũ, quorũ libri extãt,adiũcti huius mentionẽ vllã fecit. Ad poſtremũ quicquid hoc eſt, totũ eſt à capite Bartoli ſine lege. Vos autẽ oĩa reijcere debetis, quæ lege carent. Quinimo noſtri immemores eorum, quibus paſsim ad vtrunque vtuntur veluti calceum ad duos pedes, alibi dicunt eſſe erubeſcendũ ſine lege loqui. Alcia. Bartolo addidit, illũ ſecutus in cæteris, per naturam ſignificari accidens non expreſſum, vt in mutuo propter l. cùm quid,ſi cert. peta. Sed vix aliud exemplum inuenias huius interpretationis. Itaque ſi certum aliquid habet is contractus,ex ſuperuacuo adiectum eſt verbum natura: ſi non habeat, ſecun-

dum

dum legem erit caſus incertus. Aut ergo natura conſentit cum quãtitate,& per naturã nihil addetur, veluti in mutuo. Aut diſſentit à quantitate: quo caſu ſi aliquid operetur,ſequitur vt venditio, quæ habet tacitè traditionem,l. ſi ſtipulatus,de vſur. partim certa ſit, partim verò propter accidens incerta. Verẽdum nobis eſt ne, dũ noua prodimus, offendamus: ſed quando ſemel propoſitum eſt interpretari leges, & ab illis ne latum quidem vnguem diſcedere(vt dicitur) tentãdum eſt, ſi quid per nos veritas proficere poteſt. † Tria ergo ſunt hîc verba: certa, quantitas,& natu- 14
ra. Certum alibi accipitur vt in l.ſtipulationum,& in l.vbi autem,de verb. obli. Alibi autem certum eſt à cernẽdo, quod patet,quod apparet,quod eſt manifeſtum. Hinc dictus eſt hęres certus Vlpi. in l.quoties,§.ſi quis nomen,de hære.inſti. hoc eſt qui indubitabili ſigno eſt demonſtratus: ita dicuntur certi anni in l. ſi certis, C. de pact.nam aliter omnes anni idem ſubſtãtia ſunt cum reliquis. Ita dicta eſt certa

iniu-

iniuria in l.prętor, §.quod autem, de iniu. id eſt quæ non vagatur,ſed nominatim eſt demonſtrata. Certũ igitur ita hîc dicemus quod ſcilicet apparet, quod demonſtratum eſt,quod quaſi cernitur. Quantitas autem, vt ſuprà diximus,complectitur omnia, quæ functionem recipiunt in ſuo genere. Hinc mutuum certum eſt. Natura verò præter alias ſignificationes, vt per glo.in §.conditiones,inſti.de ver.obli. demonſtrat id quod cuique rei inſitũ eſt, atque innatum: Apum, & Pauonum fera natura eſt,inſti. de rer. diuiſio. natura eſt cauillationis, de qua in l. ea naturá,de ver. ſignifica. quædam non admittunt naturâ diuiſionem: quædam verò admittunt,l.ij. §.j.de verbo.oblig.legatum penus hoc habet naturâ, vt ſtatim debeatur,l. ita ſtipulatus, §.Sabinus,eod.titu.de verbo.obliga. hinc ſtipulationes omnes ſunt cautionales naturâ, l.j. de præt. ſtipu. Talia infinita colligere eſt facile, ſemel demonſtrato loco. Ergo, vt ad rem noſtram redeamus, eà dicũtur habere certam quantitatem,

tem, quæ id continet, quod functionem in genere ſuo recipit. Ea naturam certã, quę determinatum habent tanquam ſi dicas ingenium. Superioris exemplum eſt in mutuo, in locato, in vendito: hîc enim ſemper quantitas adeſt certa, ad quam refertur res, vt poſtea dicetur: traditio autẽ conſequens eſt conuentionis neceſſarium, non autem comprehenſum conuentione. Poſterioris exemplum eſt in depoſito, & l. Aquilia: habet enim hoc naturâ depoſitum, vt idem reddendum ſit. Quãobrem ſi depoſita pecunia vti poſsim, tanquã mutua, egreditur ea res notiſsimos depoſiti terminos, l. Lucius, l. dies ſponſaliorũ, depoſi. Idem eſt in l. Aquilia: nam de homine, & pecude retrorſum reſpicit ęſtimatio, quãti plurimi eo anno fuit: ſi verò alia, quanti plurimi intra triginta dies, l. lege Aquilia, l. ſi ſeruus ſeruum, §. tertio autem, eod. titu. ad l. Aquil. Concludendo igitur quidam caſus certam habent quantitatẽ: quidam habent certam naturam: quidam neutrum horum. In promptu nunc eſt,

haec

hæc collocupletare exemplis, & ſingulos caſus ſub incudem reuocare.

15 - b *Veluti in locationibus, & uenditionibus.*

† Ex his intelligimus hæc oĩa exẽpli eſſe: & ideo plura cõprehendi noſtra cõſtitutione, quàm quod exemplis propoſitum eſt: vt hinc excludatur nugaciſsima quorundam interpretatio exiſtimantium, ſolos contractus determinari à lege noſtra: ſed ſi contractus pro exemplo ſunt, ergo alia quoque reſpicientur à lege, l. j. §. quod vulgò, de vi, & vi arma. cum ſimilib. Ideoque ait Iulianus in l. Prætor, de colla. bono. quod dico exemplo manifeſtius fiet.

Neq; verum eſt, quòd vbi plurima ſunt exempla, ea conuertantur in regulam, ita vt nihil contineatur regulâ, præter propoſita exempla, l. nunquam plura, de priua. del. nam malè diceret lex nunquam, ſi certos caſus dũtaxat haberet: & repugnat lex licet, §. j. naut. caup. ſtab. rec. reſt. poſsũt enim eſſe innumerabilia exẽpla, quibuſdam tamen eſſe contentus Iuriſconſul. vt idémet dicit in l. ita vulneratus, §. multa,

ad l.

ad l. Aquil. patet ex l. ſtipulatio, §. ſi ſtipuler, de verb. oblig. vbi multis exemplis cõſtituitur regula, & tamen idem eſt in quibuſcunq; ſimilibus. Vbi autem lex noſtra dicit: omnibus contractibus, propter illá notam vniuerſalem cõprehendere voluit tam nominatos, quàm innominatos, tam bonæ fidei, quàm ſtricti iuris, vt nullus oĩno excipiendus ſit, vulg. l. Iulianus, de leg. iij. l. à. procuratore, ſuprà manda. 16

c Dupli. † Dupli ſimplũ eſt neceſſariò: inquemadmodum euenit in omnibus ſe inuicem neceſſariò reſpiciẽtibus, vxore, viro, liberis, parentibus, inſtrumẽto relato, & referente, l. in teſtamento, de condi. & demon. l. quidam teſtamento, §. ſi tibi, de leg. j. Itaq; quærendum eſt hîc, quidnam ſimplũ ſit huius dupli. Sed quẽadmodum nõ imperiti medici prius adimunt impedimenta naturæ: deinde illam adiuuant ad expellendum mobum: ita paucisſimis duę opiniones vulgatæ refellendę ſunt. vnam exploſimus in rubri. alteram ab initio nũc tractabim⁹. † Dixim⁹ ſuprà aliud eſſe rẽ, 17

aliud

aliud ęſtimationē rei, aliud itereſſe. Rē verò differre ab æſtimatione ſua probat egregio argumēto Bal. in c. quanto, de iure iur. in antep. quæſt. nam ſi æſtimatio idē eſſet quod res, ſicut res nō mutatur aut loco, aut tpe: ita non mutaretur ęſtimatio eius: quod tñ falſum eſt: nam eadem res interdum vilius, interdū carius emitur, pro tempore, & loco, l. iij. in fi. de eo quod cer. loc. tenet quidem locum rei, l. promiſſor hominis, de conſti. pecu. & occupat certas eius qualitates, vt diximus in l. ij. in fin. de verb. obli. Verūtamen res manet ſemper eadem, æſtimatio ſubinde variat: eadē autem æſtimatio aliud eſt quàm intereſſe, l. in furti, l. qui tabulas, in prin. de furt. l. nūmis, de in lit. iur. l. vnica, in fi. ſi quis ius dicenti non obtemp. cum alijs, vt per Dyn. in reg. mora, de reg. iur. lib. vj. vnde trāſtulerunt ferè omnia noſtri in ſuos cōmentarios. Præcipuè autē ille probare putat ex l. hæc verba, de verb. ſignifi. ex l. j. §. conſiderandum, de tut. & rat. diſtrah. quas leges ita inducit Dyn. æſtimatio, & itereſſe indefini-

definitè ibi accipiuntur,ergo æquipollent vniuerſalibus,nempe in lege,l. ſi pluribus, de leg.ij. cum ſimilibus.ergo paria ſunt ac ſi dixerit I.C.omnis æſtimatio diuerſa eſt ab omni intereſſe. Cùm ergo ea voluerit differre I. C. meritò cõfitendũ eſt,niſi obſtinatè poſitionẽ tueri velimus,differre intereſſe ab ęſtimatione rei: adnotaui ſuprà obiter ad eam rem l. Titius,de actio. emp. Ex quo nõ videtur verũ quod dicit Dec. leges quę differentiã ponunt inter æſtimationẽ, & intereſſe loqui de intereſſe,putà ſingulari, & æſtimatione cõmuni: vel econtra,aut de intereſſe conuento, & æſtimatione cõmuni,vel ſingulari,& ecõtra:nam ſi nulla æſtimatio eſt intereſſe, & nullum intereſſe æſtimatio, non bene ratiocinatur Dec. Vnum eſt quod obſtat egregiè,text.ſcilicet in l.ij.in fi.qui ſatiſda. cog. nã qui promiſit iudicio ſiſti, eſt obligatus ad intereſſe,l.quoties,de verb.oblig. & tamen obligatur ad æſtimationem veram,quę nihil eſt niſi preciũ rei. Hoc ſanè rectè concluderet, ſi ibi res eſſet æſti-

mabilis:ſed cùm factum habeat æſtimationem pecunię,hoc eſt,id quod intereſt,qui dicit veram quantitatem in factis,dicit intereſſe: & idcirco quanti ea res eſt aliquãdo intereſſe ſignificat, l. qui reſtituere,de rei vendi. Hoc autem facilius apparebit infrà, vbi latius de factis diſtinguemus,neque differetur res diu: tribus enim diebus,
18 vt puto,vos dimittã. † Noſtri hîc, quãtum ad diuiſionẽ eius quod intereſt, ſicut precij,ita intereſſe conſtituũt tres ſpecies:
19 de cõmuni & ſingulari cõueniunt. † Singulare autem duplicem habet cauſam:aut enim ab affectu eſt;aut ab vtilitate. Ab affectu propriè non eſt preciũ,l. libertus qui ſóluendo,de bon.lib.neq; plerunq; parit aliud, quàm remedium iuris, non autẽ actionem,vt in eadẽ lege libertus,& in l.ſi in emptione,de minorib. Vnus tamẽ caſus inuenit̃ amœnitatis in l. cõpetit quod vi,aut clam,quam citat gl.in vulg.l. vt pomum,de ſer.ruſt.præd. Ab vtilitate verò ſingulare intereſſe eſt propter vicinitatem,l.ſi cui fundus, de leg.ij.poſſunt enim

plures

plures fundi ineſſe eadem opera,eodéque
viatico:poſſunt haberi ſub ijſdem actori-
bus, aut procuratoribus: minor eſt ſum-
ptus ſupellectilis,inſtrumentorũ, atq; ſer-
uorum:plurimũ enim intereſt in vnũ lo-
cum conferas homines, & inſtrumẽta, an
in diuerſa diſpergas. Extat de ea re egre-
gia Cecilij epiſtola lib.iij. In his ergo cõ-
ſentiunt omnes. In conuento aliter ſenſit
glo.aliter Bar.& alij. †Glo. putauit in- 20
tereſſe conuentũ nihil eſſe niſi conuentũ
precium,§.precium,inſti.de empt. Hoc
non diſplicuit Bar. matutino: veſpertinus
autem exiſtimauit, intereſſe cõuentũ eſſe
pœnam pro intereſſe promiſſam,l. vlt. de
pręt.ſtip. Vidit Dec. hęc non eſſe gene-
ra, & excuſauit noſtros tanquam craſsius
aliquando diſtinguentes, exemplo poſſeſ-
ſionis,cuiꝰ tot ſunt genera,quot modi poſ-
ſidẽdi,l.iij.§. genera, de acqui.poſ. Con-
uentionales item ſtipulationes tot habẽt
ſpecies,quot acquirendi modos habemus,
l.v.§.conuentionales,de verb.oblig. Ple-
biſcita,leges,& Senatuſconſulta differunt

ſpecie, & vim tamen parē habent. Mirū tamen eſt, hanc tam acutā diuiſionē non ſenſiſſe veteres, cùm eius nulla vſquam ſit facta totis legibus ſaltē ſignificatio aliqua.
21. †Quomodo accipiātur precia, niſi aliter conſentiant cōtrahentes, video eſſe cōſtitutū, l. precia rerū, ad l. Falc. l. ſi ſeruū, ad l. Aquil. cum ſimili. Sed ea precia nō differunt niſi quātitate; in pluri autem, & minori non eſt differentia ſpecierū, l. vlt. de fundo inſtr. inſt. leg. quod ſi plus, aut minus differentiā facerent precij, aut intereſſe, quoniā ex varietate locorū, & tēporū hæc variātur, eſſet quoq; diſtinguendū preciū, & intereſſe Auenionenſe à Lugdunenſi, & Pariſienſi: idq; grauius ſentitur ab ijs, qui egēt pecunia, quàm ſcriptum ſit à noſtris. Diuerſa ſunt quæ dicuntur de poſſeſsione, & ſimilib. nā differunt ſpecie, & ad duo reducūtur facilè, ad acquiſitionē ciuilē ſcilicet, & iuriſgentiū: idemq; eſt de reliquis. Neq; dicat aliquis, repugnare p̄cij quaſi triplicitatē: nā eodē modo poſſumus dicere, nō inueniri niſi vnū preciū.

Cùm enim æſtimata res eſt, illud ſequimur, in quo eſt ęſtimata: cùm verò ęſtimáda eſt, nõ poſſumus ſequi quod nõ eſt, hoc eſt factã ęſtimationẽ. Sequimur itaq; cõmunẽ ęſtimationẽ, d.l.precia, d.l.ſi ſeruũ. Et ferè inuenietis, quod noſtri ſingula re appellant, eſſe cõmune certi generis, veluti amœnitas l.competit, quod vi aut clá: erat enim illud intereſſe vmbræ, de qua vectigal pendebatur, auctore Plinio: idq; intereſſe erat cõmune omniũ nobiliũ, ſicut intereſſe eſt cõmune omniũ vicinorũ, pro portione vicinitatis, habere agrũ proximũ, d.l.ſi cui fundus, de leg.ij. Cõmunis tamen opinio cõtrariũ habet, eaq; præcipuè duobus nititur. Pręcipuum illud eſt, quia intereſſe debetur ex promiſsione iudicio ſiſti, d.l.quoties, de verb.obli.l. vlt. ſi quis in ius voc. non ier. quę citat d.l. quoties, cùm nominat Celſum auctorẽ eius: hoc autẽ intereſſe eſt vera ęſtimatio, l.ij.in fi.qui ſatiſ.cog. ęſtimatio autẽ triplex eſt: quáobrẽ quot ſunt precij, tot ſunt ſpecies eius quod intereſt. Nõ rectè didicit ratio-

cinari, qui primus eſt hoc cōmentus: nam negata triplicitate precij, quod eſt mediū cōcludendi, corruit argumentū. Deinde nō eſt verū, ęſtimationē verā eſſe intereſſe. Non obſtat d. lex ij. qui ſat. cog. vt ſuprà diximus[a]. Alia ratio eſt: quia in litē iuratur ad id quod intereſt, l. pen. de in litē iur. ſed iuramētū illud excludit intereſſe, l. non à iudice, de iud. ergo oportet differre intereſſe quod includitur, & intereſſe quod excluditur. Cæterū peccat hoc argumentū in cognitione principiorum, de quibus infrà de probando intereſſe dicetur[b].

22 † Dicite ergo, non ſi nomina, ſed ſi rationē ſequi vultis, intereſſe aliquādo eſſe auctius, interdū diminutius, ſed ſemper idē eſſe intereſſe. Et pręter ea quę ſuprà diximus, nō extat intereſſe cōuentū: nā ſi ſequamur gl. quę dicit preciū conuentū eſſe intereſſe conuentū, ea repudiatur ab omnibus, & pręſertim à legibus ſuprà citatis: aliud eſt enim ęſtimatio rei: aliud vtilitas.

23 † Sin ſequamur Bar. & crebrius doctores, qui putant pœnā promiſſam eſſe intereſſe,

a Nu. 17. in fine.

b Nu. 33. & 35.

tereſſe, hoc duob⁹ facilimis argumẽtis deprehenditur eſſe minimè verũ. Primùm quia pœna cõſideratur tanquã diuerſum ab intereſſe: nam ſi ęqualia ſunt, ceſſat intereſſe, & pœna petitur: ſi ſunt inęqualia, petitur vtrũque, l. ſi quis à ſocio, pro ſoc. l. prędia, de act. empt Itẽ quę idẽ ſunt, nũquã ſe deſerunt: vt ſi idem eſt foliũ, quod charta, neceſſe eſt vt qui dicit chartã, foliũ ſignificet, argu. legis Iulianus, & l. de eadẽ, de excep. rei iud. ſed pœna cõuenta poteſt eſſe ſine eo quod intereſt, d. §. alteri, in fi. ergo diuerſa ſunt. † Vt aũt reuertamur, 24
vnde neceſſariò diſceſsimus: his poſitis, qd ſit ſimplũ tripliciter explicatur. Primò vt ſimplum ſit intereſſe cõmune: ita voluit Bulg. referẽte gl. ex verb. pro eo. Sed hoc eſt contra text. in d. §. ſi per venditorẽ, vbi intereſſe nõ eſt duplũ cõmunis ęſtimationis, vt patet. Alij dixerunt ſimplũ eſſe intereſſe cõuentũ: ita gl. ex verb. dupli. Sed illud quoq; meritò reijcitur: quia l. noſtra nõ haberet locũ, niſi vbi eſſet cõuẽtũ preciũ. Nouiſsimè gl. ſenſit eſſe aũt hoc, aut

illud, quod amplius eſt: vt ſi maius eſt cõmune, illud ſit ſimplũ: ſin autem maius eſt cõuentũ, idẽtidẽ conuentũ ſit ſimplũ. Ita interpretatur Bartolus, & Bartolũ ſecuti ferè omnes, gloſſam: quę tamen mihi hoc nõ ſignificat. Eius verba hęc ſunt, vt hîc nec vnũ, nec aliud, hoc eſt neq; cõmune, neq; cõuentum: deinde ſubijcit, quod plus eſt, hoc eſt, quod ſuperat nõ excedit vltra duplũ: quorũ verborũ hic ſenſus eſſe videtur: vt intereſſe nõ ꝓponat ſibi neq; hoc, neq; illud, ſed qualecũq; ſuperet aut commune, aut cõuẽtũ, nõ poſſe ſuperare vltra duplũ. Ex hoc colligunt oẽs, l. noſtrã non loqui niſi de ſingulari intereſſe: & ſimplũ eſſe modò cõmune, modò cõuentũ intereſſe. Itẽ hinc ducitur ſecundũ noſtros, ſed (vt videtis) nõ ita ſentiente gloſſa, vbi ſit cõmune, cõuentũ reijci. De ſuperiore rectè animaduertit Dec. hoc nihil eſſe aliud quàm anguſtiſsimis cancellis circũdare legẽ latiſsimã. Neq; eſt veriſimile, Imperatorẽ, qui certi aliquid tradere voluit de eo quod intereſt, reſpexiſſe ſolùm intereſſe ſin-

ſingulare. De poſteriore verò male conuenit, vt ceſſet intereſſe cōuētū ad fulgorē quaſi cōmunis intereſſe,cùm videamus propoſito cōuento,ceſſare commune,d.l. vlt.de Prę.ſtip. † Quàobrē,niſi me trāſ- 25
uerſum rapit nimius vtilitatis veſtrę,& veritatis amor, alius eſt quęrendus dupli reſpectus, atque terminus. Itaq; nihil aliud arbitror eſſe ſimplū, quàm certā quātitatē,vel certā naturā: veluti in l. Aquil. quāti plurimi eo anno ęſtimat̃ ſeruus id certa natura eſt, idq́ue ſimplū erit, eius quod intereſt. Ex quo ſi viginti fuit ęſtimatus ſeruus plurimi, ad quadraginta id quod intereſt peruenire poteſt. Nō autē hîc dicitur omnino ad duplū peruenire oportere, ſed nō poſſe excedere. Abhorrēt hęc ſanè ab ijs quæ receptiſsima ſunt: ſed, niſi fallor, nō abhorrent à lege,quæ mihi potior eſt omnibus traditionibus.

d *Eas tantūmodo pœnas.* † Argumētū eſt 26
hoc à pœna:cui⁹ quidē ſignificatio duplex eſt, alia quę indicat cuius metu dare aliqd, facereue cogimur,de eo quod met. cau.ff.

l.ij.iij.iiij.& deinceps, d. §.alteri, in fi. Alia ſignificat noxę vindictā, l. aliud eſt fraus, de verb.ſig.itaque hîc accipitur, vt ſit ſenſus, in infinitum non debere ęſtimari id quod intereſt, exemplo pœnarū, quæ aut legibus ſunt determinatę, aut ꝑ leges determinandę, l.aut facta, de pœn.l. hodie, l. reſpiciendum, cum vulg.itaq; intereſſe ſimiliter aut duplū nō egreditur, vt in certis caſibus, aut ad verū damnum reſpicit.

Poſſent hîc multa de pœna dici, ſed aliena à præſenti negotio: & multa ſupſunt, quæ proprię ad nos pertinent.

27 e *Non ſolùm in dāno.* † Hoc eſt tertiū propoſitū à Iuſtiniano hac noſtra conſtitione, ꝑ quod intelligim⁹, quæ tradunt noſtra lege de duplo, & vero dāno cōprehēdere & lucrū & damnū: intelligite ſi modò lucri, aut dāni habenda ratio eſt ex legibus veteribus: lata enim eſt noſtra lex ad taxandū, non ad antiquandū. Atque hoc quaſi clauſula eſt omnium pręcedentium.

Dāni exēpla ſunt in l.Iulianus, & in d.§. cùm per vēditorē, de act.emp.puta ſeruorum

rũ fame enectorũ, tigni venditi corrupti, cuius vitio domus,eiuſue pars corruit: pecoris morboſi, cuius contagione grex interijt. Lucri exempla ſunt nõ datæ pecuniæ,vnde negotiarer,eo.§. cùm per vẽditorẽ,l.iij.de eo quod cer.loc. ſerui occiſi,ſi quid mihi eius opera acquiri potuit,l.ſi ſeruũ, in fi.ad l. Aquil.ex illis verb. Et amiſiſſe dicimur,quod cõſequi potuimus,l.inde Neratius,§. in ſumma,eo.ti.vbi cõmoda omnia cõtineri dixit I.C.quę intra annũ precioſiorẽ ſeruum efficerent: hoc diſertè explicat lex ſi cõmiſſa,rẽ rat hab.lex ſi in lege,§. colonus, loc. l.ij.§. meritò, ne quis in loc.publ.l.quicqd, ſuprà arbit.tut. l.in quo,loc. Poterũt multa inde cõiungi, quæ ſequẽti diuiſione explicabuntur. In his ergo exẽplis videtis & lucrũ, & dãnũ cõtineri:quę oĩa extra rẽ lex appellauit,vt alia ſint circa rẽ:alia extra rẽ,d.§.cùm per vẽditorẽ. † Ita diuiſere gloſſę paſsim:ita 28
vetuſtiſsimi,vt Ioã.Fabri hîc in Breuiario. Bar.poſt Cuneũ addidit membrũ,partẽq; diuiſioni: quoddã enim dixit eſſe intra rẽ, veluti

veluti æſtimationẽ rei, quæ ſemper & cõprehẽditur, & petitur,l. datio,§. cùm per vẽditorẽ,l.j.de act.empt.l. vinũ, ſi cer.pet.

Quoddã autẽ intereſſe verſatur circa rẽ, ſiue ex re, vt fructus,& partus, & ſimilia, de quibus vos reijcit ad l.videamus, & l. ſi ſtipulatus,de vſur.& l.filius,in fin.de verb. obli. Vltimũ illi eſt extra rẽ, puta occiſo ſeruo, ſi inſtitutus fuerit hæres, aut legatũ illi relictũ:citat l.proinde,& l. inde Neratius,ad l.Aquil. Veteres meli⁹ ſecuti ſunt legẽ puriſsimã diſtinguentẽ circa rẽ,& extra rẽ:à qua quò longius abeas,longius diſcedas à verò.Bar.multis modis fallitur,& ſe inuoluit: primò in primo capite dũ dicit intereſſe eſſe æſtimationẽ rei:quod ſuprà abunde reprobatũ eſt. Deinde dum dicit, ſemper æſtimationẽ peti, cùm petit intereſſe,pugnat cũ eo, quod ab eod. traditũ ſecuti ſunt omnes in l. in re furtiua, de cond.furt.in l.ſtipulationes nõ diuidũtur, Bartolo,quæſtio.vi.de ver.ob. vbi tradunt,æſtimationẽ nunquã poſſe peti, niſi rẽ perempta. Item omnes poſt Bar.in l.ſi

filiusfa-

filiusfamilias, in §. cùm fundũ, de ver. obl. tradunt intereſſe, & fructus differre, quia alia, atque alia forma vtrunque petitur: illi enim vt fructus petũtur, hoc vt intereſſe.

Quãobrem cùm aliter petatur ęſtimatio, tanquã pro re ipſa: ita vt etiã extincta re, rẽ ipſam petamus, & preciũ conſequamur, vulg. l. promiſſor Stichi, de cõſt. pec. aliter verò petimus intereſſe, tanquã ſcilicet vtilitatẽ: ſequitur vt qui petit intereſſe, æſtimationẽ non petat. Secũdo loco dũ Bar. exiſtimat intereſſe circa rem cõprehendere fructus, & partus, & ſimilia: primùm aberrat ab ſcopo Iuriſcõſulti, qui in d. §. cùm per vẽditorẽ dicit, intereſſe circa rẽ eſſe pciũ tritici, quod auctũ ſcilicet eſt, aut diminutum. Idẽ tamẽ Iuriſcõſultus, aut paulò melior interpres, quàm Barto. partus, & hęreditates nõ appellauit intereſſe, ſed cauſam, l. præterea, de rei vẽd. l. equis, de vſur. vbi glo. in rubri. & quãuis intereſſe hæc aliquãdo appellẽtur, vt in l. venditor, de euict. in l. qui reſtituere, de rei vẽ. id fit abſoluta, & ſimplici ſignificatione.

29 ne. † Et ideo Paulus in l. proinde ſi ſeruum, ad l. Aquil. duo proponit tanquã ſeparata: Vtilitas (inquit) venit in hoc iudiciũ: & ſtatim ſubijcit: Item cauſæ corpori cohærẽtes: quibus verbis demonſtrauit cauſam l. pręterea, & l. equis. Deinde ſubijcit exẽpla primæ poſitionis, hoc eſt vtilitatis, & eius quod intereſt, quadrigæ, Gemellorũ, Comœdorũ, Symphoniacorũ. In l. aũt inde Neratius tradit exẽpla cauſæ, hæreditatis, & legati. Rectè ergo Bar. ea remouit à pręſenti contẽplatione, quæ cauſæ ſunt, & non id quod intereſt. Malè verò poſuit in eo intereſſe, quod circa rẽ eſt. Ex quib⁹ ſequiť, tertiũ exẽplũ de hęre ditate, aũt legato peſſimũ eſſe in eo quod intereſt extra rẽ: rectè Iuriſcon. ad negotiationẽ ſe retulit, & ad quæſtũ. Ne verò putetis circa rẽ, & extra rẽ genere diſtingui, idẽ eñ ſemp eſt ĩtereſſe, ſed modò lõgius excurrit, modò propius cõtinetur ad
30 rem. † Quãdo ergo intelligimus quid res habeat: videamus nunc, quibus caſibus extra rẽ intereſſe debetur. Gloſſæ noſtræ

ſe vno

ſe vno verbo paſsim ab hoc extricant: dicunt enim regulare eſſe quod traditur in d.§.cùm per venditorẽ, omnes alios caſus eſſe caſus ſingulares. Verũtamen didicimus à I.C.in l.iiij.in §. Cato,de verb.obli. verſ.differentiæ, nõ ſatis eſſe aliquid dicere,niſi eius reddatur cauſa. Multi è veteribus,in quibus fuit Bal.in d.§.cùm per vẽditorẽ diſtinxerunt morã à malefacto traditiõis: priore caſu excludi id quod eſt extra rẽ: poſteriore cõprehẽdi. Cæterũ in §.meritò, & in l. ſi ſterilis, §.quamuis,hęc ceſſant, & tamen intereſſe petitur. Item hîc quoque reddẽda eſſet ratio, cur ita diſtinguatur. Bart. hoc accepit, & diſtinxit non factũ à malefacto,longã & moleſtam diuiſionẽ inſtituens,vt & memoriã lædat, & deſtruat potius, quàm inſtruat intelligentiam. Primũ enim ſingulos articulos ſingula membra facit: quod eſt, vt ait Seneca,cõſcindere,nõ diuidere:& fruſta, nõ membra ponere. Deinde multi caſus eãdem habẽt vim, & eundẽ effectũ: veluti ſi res coniuncta ſit, intereſſe ad quęcunque

perue

perueniat extrinſecũ debetur:& ſi nõ perueniat, & nõ capiat, intereſſe intrinſecum debetur: & ſi capiat, aliquãdo debet. Talia in diuiſione Bart. permulta inuenias.

Item vitiũ magnũ eſt, in vnã tanquã caueam includere, quæ ſint diuerſi generis, vt illud dici poſsit: Humano capiti &c.

Maximũ itẽ vitiũ eſt, diuidendo aliquid omittere. Vix anno ſuperiore defendebatur lex ij. de verb. obl. in prin. quia dicebatur omiſſa eſſe ſtipulatio mixta. Sin autẽ quæras à Bartoleis, facta an habeãt intereſſe extra rẽ, ſe nullo modo explicabunt è ſua diuiſione. Dicamus itaque aliter.

31 † Omnia quæ petũt hoĩe s ab hoĩbus, ꝑ leges, & iudicia, quale eſt id quod intereſt, aut propter delictũ ſunt, aut ꝑpter cõtractũ: cùm dico delictũ, comprehendi volo quaſi delictũ, & interdicta: cùm cõtractũ, quaſi cõtractum. Delictorum vna eſt, & perpetua cauſa: vt quãdo ſcelere punibili à lege aliquid fit, is qui deliquit, mihi omne dãnũ reſarciat, etiã extra rem, l. ait, l. inde Neratius, l. penul. ad l. Aquil. l. vlti. de via publ.

publ.l.in interdicto, de vi,& vi arma.l.qui dã tabulas, l. inficiando, §.j. de furt. cum alijs inuentu facilimis. Ratio manifeſta delictorũ eſt: nã ſi delicta publicè pœnam merẽtur, quia homines incõmodant, turbantque cõmercia, par quoque eſt, vt dãnum paſſo reſtituatur quod amiſit,hoc eſt quod cõſequi potuit, aut erogare cogitur. Contractus autẽ aliquãdo exigunt vt fiat, aliquãdo vt detur:dat̃ in mutuo,l.ij.ſi cert. pet. datur in duobus articulis innominatis do vt des,& facio vt des,l.naturalis,de pręſcri.verb. datur in donatione, cuius ea eſt natura,vt res donata accipientis fiat,l.j.de donat.l. Senatus,§.donatio, de donat.cau. mort. Primùm ergo videamus de factis: quorũ quędã acceſsione quadã veniunt in actionẽ,veluti traditio:res enim, nõ factũ obligatione cõtinetur,quãuis nequeat expediri res ſine facto. Hæc ergo facta, vt ita dicã,acceſſoria triplicẽ habẽt inſpectionẽ:aut nõ traditur: aut non rectè traditur: aut aufertur poſtquã eſt traditũ. Aufertur autẽ aut cùm euincitur, vel cùm pro-

clamatur in libertatẽ, vel cùm puta cõductor nõ poteſt frui. Quãdo nõ traditur, ad id agitur quod intereſt circa rem: cuius rei ratio traditur à I.C. in d. §. cùm pervẽditorem. A qua regula excipitur vnus caſus, de quo in fine dicã. Quãdo autẽ traditur, ſed non rectè, grauius punitur qui ita peccat, quàm qui nõ tradit: nõ tradere enim, vnde mora ducta eſt, multas habet excuſationes, l. ſciendũ eſt, de vſur. qui tradit autẽ ſolã habet culpã ſciẽtiæ. Et ideo ſi prudẽs, & ſciens malè tradit, omnimodo tenetur, ſi ignorans, nõ tenetur extra rẽ, l. Iulianus, l. tenetur, §. ſed ſi vos, l. quicquid, de act. emp. l. in rebus, §. itẽ qui ſciens, cõmo. Ignorans verò, vt dictũ eſt, nõ tenetur extra rem, niſi in duobus caſibus: vnus eſt in dolijs vitioſis, l. ſed addes, §. j. loc. ob eam fortaſſe cauſam, quia infuſa ſi effluãt, aut vitiũ à ligno accipiant, vel pereunt, vel reſtitui nõ poſſunt in ſuã bonitatẽ. Alter eſt in depoſito, duplici æquitate: culpa eñ eſt deponentis, qui fuit indiligẽs in admonendo, qualẽ rẽ deponeret. Alia æquitas

eſt

eſt ex parte eius, apud quẽ deponitur, cui nõn debet eſſe dãnoſum gratuitũ officiũ, l.ſi ſeruus,§.quod verò ad mandati,de fur.

Poſtquã verò traditũ eſt in vẽditione, in qua transfertur poſſeſsio, & vſucapiendi cõditio,diſtinguitur an poſsideat emptor, vel nõ:nã ſi poſsidet, cùm habeat remediũ exceptionis doli mali cõtra euincentẽ dominũ, nullã habet aduerſus venditorem actionẽ. Sin autẽ nõ poſsideat, agit ad id quod eſt extra rẽ,l. idẽque, de act. empt.l. vẽditor, de euictio.amittit autẽ ſuũ priuilegiũ venditor,ſi ſciens alienã rẽ vendiderit: tunc eñ remota diſtinctione ſiue poſſideat, ſiue nõ emptor, ſemper cõtra eum intenditur, & ita ſenſit optima glo.ibi ex verb. omnimodo. In locatione verò, in qua nõ poteſt habere locũ diſtinctio poſſeſsionis,ſemper oĩmodo tenetur locator, l.ſi in lege,§.colonus,l. ſi tibi alienã,cum l. ſeq. loc. habet autẽ ſingulare hoc locatio, vt bona fide tradens locator alienã rem,ſi dominus nõ patiatur cõductorẽ frui, poſſit tradere aut domũ, aut fundũ ęquè cõ-

modum,l.ſi quis domũ,eo.tit. Probatur autẽ apertiſsimè,locatorẽ omnimodo teneri,in l.ſi fundus,eo.titu.ex illis verb.Tãtum ei præſtabis, quãti eius interfuit frui, in quo etiã lucrũ eius cõtinetur. Excipitur caſus vnus, quãdo prohibetur conductor frui ab eo,quẽ prohibere non poteſt, veluti à rep.à domino,à latronibus,d.l. ſi fundus:quæ tamẽ & diſtinctio,& exceptio ceſſat,vbi mala fide rẽ alienã tradidit: tũc enim ſiue poſsit impedire,ſiue nõ,ſemper conuenitur ad id quod eſt extra rẽ. Atq; hæc ſunt quæ pertinent ad facta acceſſoria. Facta verò aut principalia, aut conuenta obligant ad id quod intereſt extra rẽ,l.ſi cõmiſſa,rẽ rat.hab.l.ſi vẽditor,in fine,cum l.ſequẽ.de ſeru.exportãd. Supereſt quod dicendũ fuit de dando:in quo cõſtat nõ agi ad id quod intereſt extra rem: itàque cõuenit inter omnes in l. vinum, ſi cert.pet. Lex ſi pœnã de verb.obli.loquitur de facto credendi, nõ de dando, aliter quàm crediderit Bar. Contrariũ eſt in donatione, in quam nullũ venit intereſſe, niſi

niſi pro dolo,l.ad res donatas, de ædil.edi. In danda verò pecunia, cùm certa ſit nũmorũ æſtimatio,debetur tantùm quod eſt circa rem,l. nũmis,de in lit.iur. Excipiũtur duo caſus: vnus eſt quãdo actio euadit arbitraria,l.iij. in fine,l.iiij.l.v.de eo quod cert loc tunc enim dandũ eſt,quod intereſt extra rẽ. Excipitur itẽ caſus ſocietatis,quę bonę fidei eſt,ſi vnus ex ſocijs vtatur,neque det alteri,l ſociũ qui in eo, pro ſoc.Bar.& Alex.putant idẽ eſſe in eo, qui ſolitus eſt fœnerari generaliter in d.l.iij. Imola in c. ſalubriter,de vſur. vbi alij. Sed hoc non probatur iure: quamobrem Corneus in conſi. clxv.volu iiij reſtringit hoc ad bonę fidei cõtractũ,propter ęquitatẽ: & ad actiones arbitrarias, eadem ratione. Quãobrẽ inter mercatores propter æquitatẽ videtur hoc eſſe veriſsimũ, omnes enim pecunia fruuntur: quãobrẽ ſi inuicem debeat alter alteri, præſtabit id quod intereſt extra rẽ. †His ita poſitis, 32
vt arbitror,citra cõfuſionẽ, quæritur qua actione agatur. Noſtri credunt agi certi

cõdictione. Dixi hoc anno quid ſentirẽ. Summa hæc eſt: agi ex ſtipulatu incerti, ſi ſtipulatio ĩtercesſit, l. ſi ſtipulat⁹, de vſur. ſi non interfuit ſtipulatio, agitur actione principali, l. j. de acti. empt. l. naturalis, §. j.
33 de præſcri. verb. † Probaĩ autẽ intereſſe p teſtes, & qualitatẽ rei, & reddituũ quãtitatem, l. ſi quos, C. de reſc. vendi. quo iure hodie vtimur. Itẽ per venditiones locorũ finitimorũ: hæc tradit gl. egregia in l. ij.
34 C. de reſc. vẽd. † Oportet autẽ poni, & articulari (vt ita dicã) locum certũ, ſi de loco agatur: & æſtimationem cõmunem.
35 † Quod autẽ diciĩ de iuramento in litẽ, illud excludit id quod intereſt, l. nõ à iudice, de iudic. iuratur autẽ ſua intereſſe, l. penul. de in lit. iur. nõ tanquã per probationẽ, ſed tanquã per cauſam. Contẽpta autẽ auctoritas iudicis, & vis inimica legibus, accipiunt in duobus caſibus probationem â iuramento, l. qui reſtituere, de rei vendi.
36 l. ſi quando, infrà vnde vi. † Quãdo autẽ promiſſa eſt pœna, nihil prohibet peti intereſſe, d. l. prædia, de actio. empt. ſed ſi quis

quis promiſerit intereſſe ſimpliciter, illud debebit quod iure cautũ eſt, pro ſubiecta re, & cauſa, arg. l. ſi prior, ſol. ma. & eorum quæ abundè tradidimus in l. Gallus, §. quidam rectè, de lib. & poſth. refert hìc Dec. in gl. ex verb. dupli. † Nouiſsimè ex ſu- 37
prà dictis intelligimus, non naſci id quod intereſt ex mora, l. ſi ſterilis, §. quamuis, de actio. empt. neque ex facto, l. Proculus, de dam. infect. ſed propter vtilitatẽ, & æquitatem. Hinc eſt, vt donator nõ teneatur.

Hinc eſt vt ignorãs excuſet. Ergo propter hãc æquitatẽ ſi quis promiſerit pœnã propter cõtractũ: aut contraxerit propter pœnam, ſemper tamẽ pœna debebit tanquã acceſsio quædã, & numerabit in id quod intereſt, l. liber homo, in fi. de verb. obli. glo. in l. quatenus, de reg. iur. Dec. hìc col. penul. Et ita limitat ſingulariter & lex noſtra, & d. §. cùm per vẽditorẽ. Hęc autẽ ſunt quæ meditabar diebus ſeptem.

FINIS.

LVGDVNI.
Excudebat Mathias bonhomme.

Ad lectorem.

HABES tãdem candide lector, poſt longam illius expectationẽ, Libellũ Aemylii Ferretti de Mora: multò celerius maiora eiuſdẽ auctoris accipies: nam excuditur Titulus de Acquirenda poſſeſsione, de Vſucapionibus, de Verborum obligationibus. In quibus omnibus ſi quid noſtra imperitia erratum ſit, æqui boni conſulas rogamus: neque ob eã nos tam damnes, quàm laudes ob noſtros nõ paruos labores, ac vigilias, quibus tua ſtudia iuuare conati ſumus: adiutum etenim te plurimum ſenties, ſi non ea inuidè acceperis, neque oſcitanter legeris: ſed erudiendi tui cauſa amplexus fueris, omniq́ue opera, ac cura, vt ſtudioſum decet, iis inuigilaueris. Bene vale. & his in multos annos feliciter vtere.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMA